¶ Quarto. nā ponat q de⁹ extra hūc mūdū formet duos alios mūdus et illi tres mūdi rtingerēt se sicut spere imaginā tur se rtingere: videt q iter illos tres mūdus et p̄cta in qb⁹ rtingerēt se eēt spaciū mediū et distātia media. alr. n. tāgerēt se s̄z sup̄ficies et nō scōz p̄cta. qd est falsū. ¶ Quinto. nō mi nus ccedēdū est spaciū extra celū q̄ iter orbē lune eēt cce dēdū si oia corpora infra rcauū orbis lune ex̄tia eēt anni bilata: s̄z tali annihilatiōe scā adhuc iter latera celi esset spa ciū. pbat. qz adhuc latera orbis lune distaret sicut nūc posi to q orbis lune remanet in sua q̄titate et figura. vn̄ nō opoz teret ppter talē annihilatiōē latera celi sibi inuicē eē p̄xi ma quēadmodū bñ accidit de laterib⁹ vesice expulso aere. ¶ Et rfirmat. tali annihilatiōe scā de⁹ de nouo pōt creare vnū lapidē infra latera celi q plus distaret ab vno polo q̄ ab alio: immo pōt illū lapidē mouere ab vno polo ad aliū: ista aut nō pnt saluari nisi inter latera celi remaneret distantia. ¶ Sexto. vbi nō est corpus. s̄z pōt eē. ibi est vacuū. s̄z extra mūdū nō est corp⁹ cū mūdus sit vniuersitas entiu. sed pōt ibi esse. qz de⁹ posset ibi creare corp⁹ de nouo. q̄ videt q ex tra mūdū sit vacuū infinitū: cū nō appareat ad qstū illud p̄ cise deberet terminari. ¶ Septimo. videtur q vtiqz extra mūdū sit aliqd. qz dicit Aristo. in lra extra mūdū eē entia inalterabilia optimā vitā ducētia. ¶ De isto articulo sit p̄ ma rclō. extra mūdū nō est corp⁹. pbat sic. oē corp⁹ vel mū dus est vel ps mūdi. imo oē ens et nō solū corp⁹ cuius mūdus sit vniuersitas entiu. s̄z nec mūdus nec pars mūdi est extra mūdus. q̄ rē. ¶ Scōdo si extra mūdū eēt corp⁹ vel hoc esset simplex vel mixtum cum omne corpus sit tale. si dicatur q sit simplex cū nō sint nisi qnqz corpora simplicia s̄z sp̄z: oporteret q illud corpus eēt alicuius sp̄i de istis quinqz: et sic oporteret q vel eēt nāe celestis vel nature elemētoꝝ. si nāe celestis eēt ps mūdi. et sic non eēt eē mūdū. si nāe ela lis adhuc eēt ps mūdi. et sic nō eēt eē mūdū. si aut eēt mix tum adhuc eēt pars mūdi. et sic nō eēt eē mūdus. vnde oē corp⁹ siue sit simplex siue mixtū est ps mūdi. ¶ 3⁹. si extra mūdū eēt corpus vel hoc eēt ibi nāliter vel violēte. si eēt ibi nālr̄ h nō pōt dici. qz oē corpus siue simplex siue mixtū hz alibi q̄ extra mūdū locū suū nālem. et cum vnus corpus fm̄ sp̄m̄ nō sint plura loca nālia fm̄ sp̄z sequit q tale cor pus nō eēt ibi nāliter. nec pōt dici q violēte: qz tūc ille loc⁹ eēt alicui alteri corpori nālis. qd est ipossible. qz neqz esset nālis simplici neqz mixto. ¶ Scōda rclō. extra mūdū nō pōt eē nāliter aliqd corp⁹. pbat. qz nec pōt ibi eē nāliter cor pus simplex nec corpus mixtū: qz tale nec pōt ibi esse natu raliter nec violēte sicut iaz pbat. ¶ Tertia rclō. eē mun dum nec est nec pōt eē nāliter aliqs locus. pbat. nāz si sit talis locus eēt alicui corpori naturalis et alicui alteri violēt⁹. qd est falsuz. sicut pz ex iam pbat. ¶ Quarta rclusio. ex tra mūdū nec est nec pōt esse vacuū. pbat. nā vacuū dici tur vbi nō est corpus: sed pōt eē. modo licet extra celuz non sit corpus cū hoc etiā nō pōt ibi esse corpus. et per d̄ns nō est ibi vacuū nec pōt esse. vnde hic terminus vacuū cum sit ter minus p̄uatiu⁹ nō significat solū carentiā corporis alicubi s̄z cū h rnotat aptitudinē essendi corpus ibidez. ¶ Quinta rclusio. nec extra munduz pōt nāliter esse motus. pbat. vbi nō potest naturalr̄ esse corpus nec potest esse locus ibi non potest esse motus. sed extra celum non possunt esse h. ergo rē. maior est nō. ex hoc q ad oēm motuz requit corp⁹. minor pz ex dictis. ¶ Sexta rclusio. extra mūdū nō pōt eē tēpus. pbat. vbi nō pōt esse motus ibi nō potest esse tē pus. sed extra mūdū nō potest esse motus per p̄cedentem cōclusionē. igit nec tempus. maior pz. ex hoc q tempus est idē cū motu: quarto p̄physicoꝝ. ¶ Septima rclusio. deus et itelligētie nec sunt extra mūdū nec sunt in mundo circun scriptiue pz ex eo: qz huiusmodi carent situ et magnitudine. ¶ Octava rclō. de⁹ et itelligētie sunt extra mūdū p̄uatiue

id est non habent situm in mundo. patet per precedentem conclusionem. cum quo bene stat quod deus et intelligentie sunt pars mundi licet non habeant situm in mundo. ¶ Ex omnibus his concluditur hoc quod Aristoteles dicit in primo huius. quod extra mundum nec est corpus: nec est locus: nec est vacuum: nec est motus: nec est tempus: sed extra mundum sunt entia inalterabilia optimam vitam ducentia: exponendo licet extra privative secundum intellectum precedentis conclusionis. ¶ Nona conclusio. ad salvandum quod deus supernaturaliter extra mundum posset creare unum lapidem vel duos: vel unum alium mundum: vel plures non oportet ponere quod de facto extra mundum sit spatium vel vacuum vel distantia vel aliquid tale. probatur. nam si extra mundum de facto esset aliquid tale deus posset illud annihilare et non minus illo annihilato posset creare extra mundum illa que vellet sicut modo. igitur modo ponere extra mundum tale spatium vel tale distantiam propter creationem alicuius extra mundum possibilem supernaturaliter videtur esse frustra omnino: quia similes fierent difficultates tali spacio annihilato que sunt modo. Etiam bene verisimile apparet quod deus non velit facere aliquid extra istum mundum: nec etiam alium mundum extra istum. quia si plures creaturas mundanas voluisset fecisse potuisset istum mundum in duplo vel in triplo maiorem fecisse: et sic propter creationem aliquorum de nouo non oportuisset ipsum dimisisse extra istum mundum aliquid spatium. ¶ Decima conclusio est. si omnia infra orbem lune essent annihilata. celo remanente in sua figura et quantitate nihil esset inter latera celi. pro de se. nam si aliquid esset inter latera celi non omnia essent annihilata inter latera celi. quod est contra hypotheseos. ¶ Undecima conclusio. tunc omnes iste essent negande. vacuum est inter latera celi. distantia est inter latera celi et similes. pro quia essent affirmatiue quare subiecta per nullo supponerent. ¶ Duodecima conclusio. adhuc unus polus distaret ab alio distantia curua. pro quia talis distantia curua puta medietas celi esset inter eos. ¶ Tredecima conclusio. tali casu posito poli mundi et similiter latera celi non distaret distantia recta. probatur. nam tunc si per lineam rectam inter ea esset distantia non omnia essent annihilata inter orbem lune: quod est contra hypotheseos. ¶ Sed diceret si in dicto casu non distaret distantia recta: ergo tangerent se. negatur contra. nam plus ad tactum regitur. scilicet quod unum sit presens usque ad aliud: sed hoc deficeret in dicto casu. ¶ Adhuc diceret si non distaret saltim essent immediata propter hoc quod aliqua dicuntur immediata propter privationem medii inter ea. modo in dicto casu inter ea non esset medium. ¶ Respondetur quod si immediate exponitur proprie. scilicet negative solum. sic quod illa dicantur immediata inter que non est medium. et hoc sufficiat: bene concedere quod essent immediata. nec propter hoc oportet quod essent prima. sed si immediate exponantur proprie. et affirmatiue. scilicet sic quod talia sint coniuncta secundum superficies eorum extremas. et inter ea non interciperent medium tunc nego. quod in isto casu latera celi essent immediata: quia licet inter ea non interciperetur medium non tamen propter hoc sunt coniuncta: et prima secundum superficies eorum extremas. nec unum eorum esset presens: usque ad aliud: nec contingerent se: quod tamen requiritur ad aliquid esse prima: et coniuncta: et esse immediata dicto modo. ¶ Juxta istam imaginationem dico. quod si deus crearet inter latera celi unam fabam omnibus aliis prius sic annihilatis inter latera celi potest illa faba moveri absque hoc quod fieret propinquior vel remotior a lateribus celi. ¶ Sed diceret quo motu vel locali vel alterationis vel augmentationis. et cetera. Dico quod uno motu: qui non esset alterationis nec augmentationis nec localis: sed esset eiusdem speciei cum motu locali: et hoc si per motum localem intelligimus motum. quo aliquid mutat locum verum. et non solum imaginatum vel imaginabile. unde dico quod talis motus fabe non esset localis. sic accipiendo motum localem. et tamen esset eiusdem speciei cum eo recte. sicut sortes sed non haberet albedinem tamen bene adhuc esset eiusdem speciei cum platone albo. ita quod sicut album est quoddam predicatum non pertinet

ad subiectum sortis vel platonis. sic dico quod localis est quoddam non pertinet ad subiectum motus quod dicitur localis vel motus eiusdem speciei: cum motu locali: hoc non obstante dico. quod adhuc non sunt nisi tria genera motuum scilicet augmentationis et diminutionis computando ambos pro uno. et motus alterationis. et motus qui dicitur localis denominatione accidentali et extrinseca si secundum ipsum mobile mutat locum verum. sed non diceretur localis: si mobile secundum ipsum non mutaret locum. ¶ Juxta idem dico quod ultima sphaera nunquam mouetur motu locali: nisi tunc largius vellemus capere motum localem: scilicet quo aliquid mutat locum verum vel imaginatum vel imaginabilem. sed ultima sphaera bene mouetur motu eiusdem speciei cum motu locali. ¶ Juxta dictam imaginationem ulterius possumus imaginari: quod sicut deus posset omnia infra latera celi annihilare absque hoc quod latera celi se tangerent sic in aliquo paruo loco: ut in grano milii ipse potest ponere unum corpus: ita magnum sicut totalis mundus absque aliqua compensatione vel rarefactione vel corporum penetratione: unde ita imaginandum est de corpore christi in hostia parua: nam in illa parua hostia corpus christi est ita magnum sine compensatione. et penetratione quacumque sicut erat pro nobis peccatoribus suspensus in cruce. ¶ Juxta idem possumus imaginari quod in tali paruo grano milii posset creari unus spaciuz centum vel mille leucarum: vel quotquot volumus. Et consequenter imaginandum est quod aliquis homo in uno grano milii posset ambulare per mille leucas de uno extremo antequam pueniret ad aliud. et plura alia similia iuxta B essent concedenda.

**Ad rationes** ad primam. mundus occupat totum. potest hic dici quod mundus non occupat aliud spacium a se: et ideo sicut non occupat seipsum ita non occupat aliud spacium. Vel aliter dicatur sicut prius dicebatur quod dicitur infinitum est quod totum occupat verum est quod totum occupat spacium verum et imaginabile: sed hoc nego de mundo. ¶ Ad secundam. nisi mundus esset magnitudo infinita extra mundum esset spacium infinitum. nego consequentiam. quia nec propter hoc esset extra mundum spacium finitum nec infinitum. Ulterius gratia materie argumenti dico quod extra mundum deus posset creare bene spacium finitum. tantum quantum sibi placeret absque hoc quod illud spacium esset infinitum. ¶ Ad tertiam si mundus esset magnitudo finita tunc aliquis existens in superficie ultimi celi posset extendere brachium suum. nego. et cum dicebatur nullum esset impedimentum resistens ultra mundum: placet mihi: sed ulterius dico quod hoc non obstante non posset propter defectum receptaculi sicut loci vel spaci in quo brachium reciperet brachium suum extendere. ¶ Ad confirmationem si extra celum non esset locus vel spacium ultima sphaera non moueretur localiter. concedo. cum quo tamen bene stat quod mouetur motu eiusdem speciei cum motu locali. et de hoc dicebatur in corpore questionis. ¶ Deinde erant ibi facte alie rationes. iuxta articulum questionis: quibus etiam probabatur quod extra mundum esset spacium: que etiam restant soluende. ¶ Ad primam. extra mundum deus posset creare unum lapidem. placet mihi. sed ulterius dico quod talis lapis non esset in aliquo spacio neque diuisibili neque indiuisibili. quia non esset in loco aliquo sicut nec totalis mundus. bene tamen concedo quod quando crearetur lapis extra mundum etiam crearetur spacium extra mundum. et illud spacium non esset aliud quam ille lapis creatus. ¶ Ad secundam. deus potest illum lapidem creatum extra mundum mouere elongando ipsum a celo. dico quod verum est. sed hoc non potest esse nisi etiam crearet spacium in quo moueretur. et per quod haberet certum situm ad centrum vel celum: et ad partes celi. sed postquam deus absolueret illum lapidem a determinato situ ad celum ipse nec esset prope celum nec longe a celo: et de hoc etiam dicebatur in corpore questionis. ¶ Ad tertiam deus potest extra mundum duos lapides creare quorum unus esset extra alium

concedo accipiendo ly extra negative ad istum sensum qd vnus nō esset in alio. sicut nec vna intelligentia est in alia: s; vltorius dico qd non pōt facere vnū eorum extra aliū positiue. nisi cōcrearet eis spacium vel distantia per qd vel quā vnus eorum esset extra aliū. et vltorius dico qd extra negative acceptū non est differentia loci vel spacij. sed bene extra positiue et affirmatiue acceptū. ¶ Ad quartam. ex eodē fundamento dicatur. ¶ Ad quintā dico. qd soluitur ex his que dicebantur in scdo articulo. ¶ Ad sextā vbi nō est corpus s; pōt esse ibi est vacuū. breuiter illud pōt negari. qz vacuum nō debet imaginari tanq; dimensio separata. sed tanq; corpus nō locans qd aptum natū est locare. et qz extra mundū nō est tale corpus. sequitur qd nec est ibi vacuū. ¶ Iuxta istud dico. qd si omnia infra orbem lune eēt annihilata non ppter hoc iter latera celi esset vacuū. s; bene cōcederē qd orbis lune esset vacuus: et iuxta hoc esset cōcedendū qd vacuū esset vna bona res puta celū. ¶ Sed diceret cōmuniter dicitur qd vacuū nihil est: cōcedo. qz nullū est corpus qd aptū natū sit locare qd de facto locet. et ita hoc debet intelligi. et non aliter. et istud cōcordat dictis Aristotelis. in 4<sup>o</sup> physicoz. qz ipse vocat locū nō dimēsiōne sepatā nō occupatā corpe: sed corpus locans scōz vltimā eius superficie. Sic etiā scōm hoc nō debemus vocare vacuū dimēsiōne sepatā: vel imaginatam nullo corpore occupatā. sed debem<sup>9</sup> vocare vacuū corpus: qd non locat. sed aptū natū est locare. et ideo dicit Aristoteles qarto physicoz. describens vacuū qd sit locus nō repletus corpore. ¶ Ad septimā extra mundū sunt entia inalterabilia etc. quid sit dicendum ad h etiam patet ex quibusdam conclusionibus positis iuxta scōm articuloz. et hoc de questione sufficiat.

¶ Ad mediū itaq; qd huc si inferret terra inde hic fereretur illuc secundū naturā: et si manet hic inde nō violētia: et feret secundū naturā huc. vna enim secundū naturam etc. Textu pmeti septuagesimi septimi.

## Questio XII.

**B**onum est iuxta ordinē Aristotelis pcedere. et querere mō circa terra materia pncipalē quā pertractat Aristo. in pmo huius. s. iuxta finitatem mundi in multitudie. circa quā duo sūt. iquirēda. Primū est. vtz supposito qd eēt plures mudi terra vnus mudi moueret ad mediū alteri<sup>9</sup> mudi. scōm est. vtz sint vel possint eē plures mudi. ¶ De pmo arguit qd nō. Nā si deus ad istū mundū faceret vnū aliū nō ppter hoc terra vnus mudi haberet aliā inclinationē quāz habet. sed iam nō moueret vel nō inclinatur moueri alicubi nisi ad mediū huius mundi. ergo neq; tūc. assumptū patet. ex eo qd ex quo terra est vnū corpus simplex habet vnicam inclinationē: scilicet ad vnicū locū et non ad diuersa. s. scōm specie. ¶ Scdo. si sic vel hoc eēt nāliteryl violēter. nō nālī nā terra istius mudi nō posset moueri ad mediū alteri<sup>9</sup> mudi nisi ascēderet in isto mudo. sicut p; ituenti. modo ascendere non cōpetit naturalr ipsi. terre scōz nām eius propriā. sed violēter. Si autē dicat qd terra huius mudi moueret violēter ad mediū alteri<sup>9</sup> mundi tunc nō oporteret: nec esset necessariū si plures eēt mundi qd terra hui<sup>9</sup> mudi moueretur ad mediū alterius mundi postq; esset violentū. et haberetur ppositū. Et etiā. qz hoc est cōtra Aristotelē in littera qd dicit qd nāliteryl terra vnus mudi moueret ad terrā alteri<sup>9</sup> mudi. Et ex alio. qz si terra istius mundi moueretur ad mediū alterius mudi quādo veniret ad aliū mundū descenderet ad mediū alterius mudi: modo descēdere conuenit terre naturalr. et non violēter. ¶ Tertio. si esset alius mudi ignis vnus mudi non moueretur ad ignē alterius mundi. igitur nec terra ad terrā. sequētia tenet a simili. antecēdēs

patet. nā hoc non posset esse nisi ignis vni<sup>9</sup> mudi fieret centro alterius mudi ppinquior. et sic ille ignis descenderet: qd nō puenit nāliteryl igni. sequētia tenet. ex hoc qd cetro fieri ppinquius est descendere. s; qd ignis non nāliteryl descendat p; qz ex quo naturalr ascēdit eidē simplici cōuenirent plures motus scōm spēm. et hoc naturalr. cui<sup>9</sup> oppositū est p; pbatum. ¶ Quarto. si eēt plures mudi illi essent eiusdem rōnis. igit sicut terra in isto mudo gescit in medio hui<sup>9</sup> mudi nāliteryl. ita terra alterius mudi quiesceret in medio alterius mudi naturalr. et sic vna non tēderet ad aliam. sed ad mediū sui mudi si esset extra ipsū. quia tenderet ad mediū sibi ppinquius. sed si cōtingeret qd equaliter ab vtroq; distaret gesceret iter ambo sicut ferruz inter duos adamantes equalr trahentes. ¶ Quinto. nāz terra vnus mudi nō posset moueri ad terrā alterius mudi nisi diuideret celū huius mundi et etiā celū alterius mudi. modo hoc est impossibile postq; celū est idissolubile. ¶ Sexto. adhuc supposito qd diuideret celum nō posset moueri vsq; ibi nisi trāfiret vacuū interceptū iter illos duos mudos q postq; non possent se tangere s; superficiē postq; essent sperici iter eos interciperet vacuū. modo corpus simplex quale est terra non posset moueri in vacuo sicut p; 4<sup>o</sup> physicoz. igit etc.

**Oppositum** determinat Aristo. In ista questione. pmo ponende sunt. qrtuor conclusiones preabulare. secundo respondendū est ad quesitū.

**Prima** est oia graua nāliteryl mouent ad suū locū nāliteryl. s. deorsum. et leuia ad suū. s. sursum si nō fuerit impedimentū. pbat ex hoc qd qto aliqd est grauius tanto ceteris paribus descēdit velocius. igit nō violēter. sed nālī. aīs p; ad experiētiā. nā tenet. qz si hoc non eēt nāliteryl sed violēter tūc grauitas resisteret et maior grauitas magis resisteret. et p; tardius moueret. Ex ista conclusionē patet falsitas duarū opinionū de motu terre ad mediū. Una dicit qd terra in pncipio mudi fuit ppe celū: et quando celum icēpit moueri violēter tali modo motus pulsa erat ad mediū. et sic adhuc fieret quādo aliqd graue esset positū sursum sicut terra vel aliqd tale. violēter motu celi pelleret ad mediū recte. sicut quādo ponit aliqua faba vel aliqd tale in aliqua scutellā et velociter circūuoluit illa scutella faba ppter motū scutelle pellit ad mediū. ¶ Erat 2<sup>o</sup> opinio qd terra moueret ad mediū quādo eēt extra ipm motu tractus. imaginabatur. n. qd centz mudi traheret sibi terrā et similit alia graua et sic ambe iste opiniones imaginant graua moueri ad mediū motib<sup>9</sup> violētis. vna qdē dixit qd hoc fieret motu pulsus. alia motu tractus. isti autē motus sunt violēti. ¶ Contra istas opinioes est conclusio nā. Contra tamen cui<sup>9</sup> pbationem dubitat. nam si valeret argueret cōsimili forma. grauiora mouent velocius sursum q; leuioza. igit motus grauiū sursum est naturalis. antecēdēs p; de plūbo quod velocius pycit sursum q; pluma. vnde si cōsequētia ad conclusionem facta valeret. et ista valere videt. ¶ Respondetur. qd ista instantia nō valet. nā dicebat in ratione facta ad conclusionem vniuersalr. quāto aliquid ē grauius. tanto velocius descēdit. modo quāuis grauius velocius pyciat sursum. tamen falsū ē qd quanto aliquid ē grauius tāto velocius moueatur sursum. imo aliquod posset eē ita graue qd non posset pyci sursum. sed nihil pōt esse ita graue. quin aptum natum sit descendere imo quanto grauius tāto veloci<sup>9</sup>. Dic incidēter possumus notare causā quare plumbū remotius proyicitur q; pluma. et h a proyiciente sibi commensurato. cuius causa est. nam illud qd ē grauius ē receptiuum pluris virtutis a proyiciente. et ē diutius retentiū illius virtutis ppter pluralitatem materie q; vnum leue sicut pluma vel aliquod tale. et ita mediante illa virtute recepta et retenta velocius. et remotius pycitur. ¶ Secundo arguit ad conclusionem sic. graua in descendendo mouentur velocius in fine q; in

principio. et similiter leuia in ascendendo. ideo tales motus talibus corporibus sunt naturales et non violenti. antecedens patet ad experientiam. consequentia probatur. quia proprium est motibus naturalibus saltem in medijs uniformibus in fine intendi: et motibus violentis in fine remitti. nam in motibus violentis virtus motiua fatigatur et debilitatur continue. et sic in fine mouet tardius: quod non est in motibus naturalibus. Tertio arguitur ad conclusionem. si graua non mouerentur naturaliter deorsum: sed violenter: sequeretur quod mouerentur naturaliter sursum. modo hoc est falsum. contra patet ex hoc quod cui aliquis motus est violentus: est ei oppositus naturalis. et hoc si sunt motus simplices. Sed diceretur contra. nam sequitur quod si terra moueretur violenter ad sinistram moueretur naturaliter ad dextram. postquam motus ad sinistram et motus ad dextram sunt motus contrarij. Respondetur quod non est simile. quia motus sursum et motus deorsum sunt motus contrarij simplices: motus autem ad dextram et motus ad sinistram sunt motus contrarij mixti. modo illud quod dicebatur intelligitur de motibus contrarijs simplicibus et non mixtis. Secunda conclusio. si esset alter mundus terra istius mundi esset eiusdem speciei specialissime cum terra alterius mundi. et sic de alijs corporibus simplicibus ex quibus vterque componeretur. patet hoc primo. quia aliter hoc nomen mundus diceretur eque uoce de isto mundo et de illo. modo hoc videtur esse falsum. Secundo. quia operationes talium corporum essent consimiles sicut calefacere exiccare. et huiusmodi. Tertio. quia eis deberentur idem motus in specie corporum simplicium quod non sunt nisi tres sicut prius dicebatur. Quarto. quia vel isti duo mundi dependerent ab eodem primo principio. vel diuersis similibus tamen et eiusdem speciei: vel a diuersis diuersarum specierum. istud patet per sufficientem diuisionem. Si dicatur primum. tunc isti mundi deberent esse omnino similes. patet hoc. quia causa eadem et nullo modo diuersificata non debet careere dissimiles effectus. similibus modo est dicendum si illi duo mundi sint a duobus principijs eiusdem speciei. quia cause similes debent careere similes effectus. si vero isti mundi sint a principijs diuersarum rationum seu specierum. tunc vnum istorum principiorum est altero melius et perfectius: et sic naturaliter prius. ergo alterum principium ab ipso dependeret et etiam mundus suus quia omnia essent adinuicem ordinata et ad vnum primum. Tertia conclusio. corpus quod naturaliter inclinatur ad aliquem locum. inclinatur ad illum ad quacumque distantiam. patet hoc. quia in quacumque distantia ipso manente obtinet suam formam que est causa talis inclinationis naturalis. modo posita causa ponitur effectus. Idem patet ex alio. quia terra posita magis sursum ita bene inclinatur ad locum suum naturalem sicut terra posita minus sursum. Sed contra diceretur aliquis. terra in loco suo non est grauis. ergo in loco suo non videtur habere talem inclinationem. dico quod imo. quia in loco suo habet inclinationem ad manendum ibi: et extra locum suum habet inclinationem ad mouendum se ad locum suum naturalem: et ita proportionaliter dicatur de alijs elementis. etiam falsum est quod terra in loco suo non sit grauis. vnde si extra locum suum est grauis et cum venit ad locum suum non perdit illam grauitatem sequitur quod in loco suo est sic grauis sicut extra. verum est tamen quod illa grauitas extra locum naturalem habet vnum officium: et in loco naturali aliud. cum enim terra extra locum suum fuerit posita sua grauitas inclinatur ipsam ad motum ad locum suum: et cum est in loco suo eadem grauitas inclinatur ipsam ad gete: et ideo in loco suo naturali non poterat. et ad istum intellectum auctores de ponderibus dederunt corpora in suis locis naturalibus non esse graua. Secundo dubitatur. nam adhuc videtur quod distantia aliquid faciat. ut si vnus ignis esset in medio mundi. vna pars moueretur versus vnaz partem puta versus septentrionem et alia versus meridiem versus celum ad locum ignis. et tamen si ille idem ignis esset ex vna parte centri mundi. tunc totalis ille ignis moueretur vel versus vnaz partem solum vel versus aliam. Respondetur quod distantia bene facit quod aliquid inclinatur moueri secundum diuersas eius partes per diuersas vias ad suum locum naturalem: sed nunquam distantia faceret quod aliquid inclina-

retur ad suum locum naturalem. Quarta conclusio. quecumque graua eiusdem speciei. et quecumque leuia eiusdem speciei tendunt vel inclinantur ad eundem locum numero si sunt simplicia. probatur. quia si due terre dimittantur cadere ad deorsum videmus quod inclinantur ad eundem locum puta deorsum. et eodem modo. et per eandem viam si ponantur cadere de eodem loco successive. Sed contra. diceretur aliquis. diuersa in specie tendunt ad diuersa loca in specie. ergo diuersa in numero tendunt ad diuersa loca in numero. Secundo. nulla inclinatio naturalis est ad impossibile: sed impossibile est plura in numero esse in eodem loco in numero naturali. ergo naturali non inclinatur corpora distincta in numero ad eundem locum in numero. Tertio. nam videmus quod vnus ignis ascendit ad locum suum versus septentrionem alius versus meridiem. modo ista sunt diuersa loca in numero. Ad ista. ad primum. negatur similitudo. et ratio est. quia quicumque simplicia vel similia eiusdem speciei nata sunt facere vnum per continuationem quod quidem vnum habet vnum locum in numero naturalis sui: et cuiuslibet sue partis: ergo et quilibet pars inclinatur ad eundem locum in numero. Per hoc ad 2<sup>m</sup> dico quod non est impossibile plura partialia esse in eodem loco sui totius. et hoc in eodem loco totali. Per hoc idem ad 3<sup>m</sup> dico quod ambo illi ignes mouentur ad eundem locum in numero totalem: qui est concavitas orbis lune: cum quo bene stat quod partes totius habent distincta loca in numero partialia.

**Quantum** ad secundam pono vnicam conclusionem responsalem ad questionem. scilicet quod si esset alter mundus non concentricus huic mundo terra istius mundi haberet inclinationem mouendi ad medium alterius mundi et e converso. licet forte haberet impedimentum veniendi ibi propter hoc quod celum non est dissolubile secundum quod arguebatur in principio questionis. probatur. omnia simplicia eiusdem speciei naturali inclinatur ad eundem locum in numero per quartam conclusionem. ita quod nulla distantia talem inclinationem posset impedire. per tertiam conclusionem. sed terra huius mundi et terra illius essent eiusdem speciei. per conclusionem secundam. et terra huius mundi naturali mouetur ad medium huius mundi. per primam conclusionem. igitur terra illius mundi moueretur naturali ad medium huius. Sed quia hoc est impossibile. quia pari ratione fieret e converso secundum Aristotelem. concluditur quod impossibile est esse plures mundos non concentricos naturali. cum quo bene stat quod deus posset facere plures per suam omnipotentiam. sed de hoc in sequenti questione latius tractabitur.

**Ad rationes** Ad primam dico. quod si miraculose fierent plures mundi vnus extra alium eccentrici: non mirum quod tunc terra huius mundi iciperet habere aliam inclinationem quam ante habuit: etiam dico quod deus bene posset facere: quod obtineret vnicam inclinationem: videlicet mouendi solum ad medium sui mundi. sed Aristoteles breuiter diceret quod hoc non potest fieri. Ad secundam et ad omnes sequentes dico concedendo omnia contra illata ex concessione si miraculose fierent plures mundi eccentrici. sed secundum Aristotelem concedende essent consequentie. et quia consequentia secundum ipsas essent impossibiles: antequam ipse reputatur impossibile. scilicet esse plures mundos. ad quod secundum ipsum concederetur sequi quodlibet: iuxta illam regulam. ad impossibile potest sequi quodlibet. et sic est finis questionis.

**Quod autem non solum vnus est: sed et impossibile fieri plures. Adhuc autem quod sempiternus et incorruptibilis existens et igenitus dicimus et cetera. Textu commenti nonagesimi secundi.**

Questio. XIII.



**Secundum** propositorum erat. utrum sint vel possint esse plures mundi. probatur quod sic. quia hic terminus mundus est terminus communis. igitur vel actu vel potentia habet plura supposita. et per consequens vel actu sunt vel potentia possunt esse plures mundi. antecedens

patet. per omnes. consequentia probatur. per hoc qd terminus communis dicitur qui predicabilis est de pluribus. **S**cdo melius est bonum et perfectum multiplicari quam non multiplicari. sicut mundus est quoddam bonum et perfectum sicut prius dicebatur. ergo melius est esse plures mundos quam unum. et quia hoc est possibile apud deum. et cum deus faciat de possibilibus quod melius est: sequitur quod sunt plures mundi. **T**ertio mundus potest generare alium mundum sibi similem. ergo potest esse plures mundi. **Q**uia tenet. autem probatur. quia mundus est quoddam perfectum. et non orbatur. tale autem scdo de anima. potest generare sibi similem: cum generare arguat perfectionem. **Q**uarto videtur quod saltem possunt esse plures successive: quia iam sunt alia mixta in numero. Et sicut alia elementa quae erant sunt centum anni. et illa sunt partes mundi. quibus non manentibus eisdem videtur etiam quod mundus non maneat idem et sic videtur quod saltem possint esse plures mundi successive.

**Oppositum** vult Aristoteles. In ista questione proponantur distinctiones. scdo conclusiones.

**P**rima distinctio est. quod esse plures mundos possumus imaginari dupliciter. scilicet simul vel successive: sicut dicimus quod possunt esse plures phenices quae una succedit ad aliam. **S**cda distinctio. plures esse mundos simul possumus imaginari vel quod essent concentrici: vel quod essent eccentrici. concentrici quidem sicut si super ultimam celum nostri mundi imaginamur unum orbem terreum: et ultra illum unum orbem aqueum: et ultra illum unum orbem aereum: et ultra illum unum orbem igneum. et ultra illum orbem celestes conformes orbibus celestibus nostri mundi. vel si imaginaremur nostram terram unum orbem: infra quem esset aggregatum ex orbibus celestibus contiguum concavitati orbis terre nostre. infra quod aggregatum ex orbibus super celestibus imaginemur quatuor elementa sicut in nostro mundo. et sic possumus imaginari infinitos mundos concentricos et ascendendo et descendendo. **S**icut possumus imaginari plures mundos eccentricos: vel quod unum totaliter sit extra alium: et hoc quod contingant se quemadmodum plures globi positi in uno sacco: vel quod non contingant se: sed sint separati ab invicem. vel sic quod unus non sit extra alium. sed quod in aliqua parte nostri mundi sit alter mundus: sicut si in luna imaginemur unum alium mundum vel in sole. et sic de aliis stellis.

**T**unc sit prima conclusio. si essent plures mundi concentrici non oporteret quod terra unius mundi moveretur ad terram alterius mundi. probatur. quia cuiuslibet mundi terra gesceret naturaliter. propter hoc quod omnium illarum terrarum unum esset centrum seu medium. Unde imaginandum est quod si terra esset concava et in medio concavitatis esset medium mundi ita gesceret naturaliter sicut modo. Ex quo concluditur quod contra pluralitatem mundorum concentricorum non valet ratio Aristotelem. qua arguit quod nec sunt nec possunt esse plures mundi propter hoc quod terra unius moveretur naturaliter ad medium alterius. licet illa ratio bene probet istam conclusionem quam potest esse secunda conclusio. huius questionis. impossibile est esse plures mundos eccentricos. et hoc naturaliter. **T**ertia conclusio. impossibile est naturaliter quod sint plures mundi successive unus post alium. probatur. nam si sic tunc iste mundus esset corruptibilis secundum se totum. et tunc etiam celum esset corruptibile cuius oppositum postea ostenditur. verumtamen antiqui bene dixerunt mundum non corrumpi totaliter sed aliquando fieri de ordinatione entium et reverteri omnia in quoddam chaos confusum. et quando iterum entia ordinarentur debite dicebant iterum esse alium mundum. et istam de ordinationem et ordinationem dicebant fieri per litteram et amicitiam. sed istud non valet quia per talem de ordinationem mundus non corrumpitur ex eo quod de ordinatio est unum predicatum accidentale. et ideo potest verificari affirmatiue et negatiue successive de aliquibus sine hoc quod illa entia corrumpantur. **E**t si dicatur quando entia sunt de ordinata tunc non dicuntur mundus sed quando sunt ordinata tunc dicuntur mundus. **S**ed breuiter hoc non valet. nam tunc hoc nomen mundus esset nomen connota-

tiu. **Q**uarta conclusio. impossibile est aliquo modo esse plures mundos. probatur. impossibile est esse plures primos motores. ergo impossibile est esse plures mundos naturaliter siue eccentricos siue concentricos. **Q**uia tenet. quia si essent plures mundi: in quolibet esset unum primum celum. et etiam unus primus motor. autem concludit Aristoteles. id est metaphysice in fine ubi dicit. mala autem est pluralitas principum. unus ergo princeps. **S**ed alius diceret quod non oporteret propter hoc esse plures principes omnium illorum mundorum: quia in quolibet esset unus motor mouens propter illum primum tanquam propter finem. hoc remouet demetator. et dicit quod hoc non valet: eo quod primus motor mouet propter se. et hoc probatur sufficienter in. id est metaphysice. et ideo non valeret dicere tales primos motores mouere propter unum alium motorem. **S**cdo arguitur ad idem rationem Aristoteles. quia iste mundus constituitur ex omni materia primae ad formam mundi. ergo non esset materia ex qua posset esse: vel fieri alter mundus. **Q**uia tenet. antecedens probatur. quia iste mundus continet omnia corpora simplicia que non sunt nisi quinque secundum speciem sicut prius dicebatur: que quidem corpora simplicia cum aliis corporibus hic in isto mundo existentibus dicuntur materia mundi. **U**ltima conclusio. que stat cum precedentibus quod est possibile: supernaturaliter esse plures mundos tam simul quam successive. tam eccentricos quam concentricos sicut deo placeret.

**Ad rationes** ad primam dico quod non solum iste terminus mundus. imo etiam iste terminus deus et ille terminus sol sunt termini communes. non quia de facto supponantur pluribus: nec quia possint esse plures res pro quibus supponantur: sed quia non repugnat talibus terminis ex forma et modo suorum positionum supponere pro pluribus licet ex parte rerum significatarum repugnet. **A**d secundam quam dicebat melius esse esse plures mundos: dico quod non. sed diceret semper maior multitudo bonorum est melior. illud est falsum. quia tunc melius esset esse plures deos quam unum. quod tamen est falsum. quia hoc est impossibile. ergo non est melius. unde quam pro multitudine bonorum tolleret ordo vniuersi non esset melius esse plura bona quam unum qualiter fieret in proposito. **A**d tertiam nego autem. et quando dicitur generare sibi simile arguit perfectionem: verum est inter corruptibilia que non possunt permanere secundum indiuiduum. sed inter incorruptibilia si argueret imperfectionem. **A**d quartam dico quod illa bene probatur quod plures potest esse mundi successive diuersi ab invicem partialiter. et hoc bene conceditur. cum hoc tamen stat quod non potest esse plures mundi successive diuersi ab invicem totaliter.

**S**i itaque aliquid potest moueri stadia centum: aut leuare pondus semper ad plurimum dicimus putatam leuare centum: aut stadia ire centum et cetera. **Textu communi ceterisimidecimisexti. Questio XIII.**

**N**unc expedit iuxta ordinem Aristotelem. tractare de vtroque mundus sit generabilis et corruptibilis vel ingenerabilis et incorruptibilis. postquam ostensum est quod mundus est magnitudo perfecta. et magnitudo finita: et quod non sunt plures mundi. **S**ed quia generabile et corruptibile includit potentiam: ideo iuxta istam maiorem primo quod redanda sunt aliqua circa terminationem potentiarum. unum propter quod tendendum est vtrum quilibet potentia actiua determine per maximum in quod potest agere. 2º vtrum quilibet potentia passiuua termine per minimum a quo potest pati. 3º vtrum quodlibet ens habeat potentiam respectu sue durationis per maximum tempus per quod potest durare. **Q**uarto vtrum omne corruptibile necessario corrumpitur. **Q**uinto vtrum aliquid de nouo genitum possit perpetuari. **S**exto vtrum generabile et corruptibile conuertantur ad invicem. **S**eptimo. concluditur mundum esse incorruptibilem et perpetuum. **D**e primo videtur primo quod sic per Aristotelem in littera. **S**ecundo si potentia actiua non terminaretur maximo in quod posset. tunc non esset dare pondus maxi-

num quod fortes posset portare. sed hoc est falsum. nam si non tunc quocumque pondere dato quod posset portare adhuc maius potest portare: et sic infinitum pondus potest portare. quod est falsum.

**Tertio** ponatur vnus lapis sicut octo in grauitate super caput fortis potentie sicut. si precise quod seruetur in tali potentia per tempus et lapis similis. tunc vel fortis sustinebit lapides. vel lapis deprimet fortem. si dicatur primum sequitur quod potentia fortis est terminata ad maximum quod potest sustinere. quia ita graue lapide et non grauiore. et habet oppositum. Unde quicumque iste lapis esset grauior excederet potentiam fortis. et cum quilibet excessus sufficit ad motum statim ille lapis deprimet fortem. si autem dicatur quod fortis non potest sustinere illum lapidem sequitur quod ille lapis deprimet fortem. et sic a proportione equalitatis fieret actio: et etiam sequeretur quod potentia deprimenda lapidis terminatur ad maximum quod potest deprimere. quia ad potentiam fortis. ut si est maior sustineret lapides cum quilibet excessus sufficiat ad actionem.

**Quarto**. sit vnus medius vniformiter difforme super terminatum ad non gradum resistentie. inferatur autem ad gradum resistentie equalis potentie motiue alicuius grauis descendens per ipsum: et sit illud medium b. et mobile quod descendere per ipsum a. tunc b. est maximum spacium quod a potentia motiua potest pertransire. quod potentia actiua terminata est maximo in quod potest. non tenet. ante probatur. nam tamen potest et non plus ex quo extremum ipsum b. est equalis resistendo cum potentia ipsi a. in mouendo.

**5<sup>o</sup>** elongetur vnus visibile per aliquam distantiam a me vsque quo primo ipsum non videatur nec possit videre propter elongationem: tunc distantia inter oculum meum et illud visibile terminata ad ipsum exclusiue est maxima distantia per quam illud visibile potuit agere in visum meum visionem. Ex quo sequitur quod est dare maximam distantiam per quam aliquam potentia actiua puta obiectum potest agere in sua potentia passiuam. puta oculum.

**6<sup>o</sup>** non est dare minimam distantiam per quam non. ergo est dare maximam distantiam per quam visibile potest agere in visum: non contra cetera cedit ab omnibus de hac materia loquentibus. ante probatur. quia si est dare minimam distantiam per quam non: tunc per illam non. et per quolibet minorem visibile potest agere in visum. sed hoc non. nam sit illa. verbi gratia pedalis: tunc arguo sic. visibile si poneretur bene prope oculum attingeret quod propter paruitatem distantie non posset videri. quod distantia pedalis non erat minima per quam illud visibile non potuit agere in visum. ante probatur iuxta illud. sensibile positum supra sensum non facit sensationem.

**7<sup>o</sup>** est dare maximam velocitatem quam potentia actiua potest mouere. ergo terminata est per maximum: non contra ante probatur. per de pondere supranaturali. quia datur maxima velocitas quam mouet vltimam speram. unde propter immutabilitatem suam et sue voluntatis et propter inalterabilitatem vltime sperae non potest speram vltimam neque tardius neque velocius mouere. hoc idem probatur de potentia naturali. quia est dare maximam velocitatem quam a mobile descendit per b. medium ex eo quod potentia naturalis in sua actioe agit super vltimum sui conatus potentie.

**Oppositum** arguitur. quia si potentia actiua terminaretur maximo in quod posset agere vel excederet illud vel non excederet: si non excederet non potest agere in ipsum ex eo quod a proportione equalitatis non puenit actio: nec a proportione minoris inequalitatis. si autem excederet: vel excessum diuisibili vel indiuisibili. non indiuisibili sic contra cedit: cum non sit dare excessum indiuisibile. vnde Beatus non excedere si diuisibili. ergo per medietatem illius excessus in maius posset cum quilibet excessus sufficit ad motum. et per consequens illud non erat maximum in quod illa potentia actiua potuit: et Beatus est intentum.

**Notandum** est hic quod potentia actiua potest comparari vel ad resistentiam vel ad distantiam: vel ad effectum: vel ad tempus: vel ad velocitatem: vel ad spacium in motu locali. ergo etc.

**In** ista questione erunt sex articuli. in primo enim ponatur quod distat distinctiones et terminorum expositiones. secundo dicam de comparatione potentie actiue ad resistentiam. tertio de comparatione potentie actiue ad distantiam. 4<sup>o</sup> de comparatione potentie actiue ad effectum. 5<sup>o</sup> de comparatione potentie actiue

ad velocitatem. 6<sup>o</sup> de comparatione potentie actiue ad spacium. De comparatione autem potentie actiue ad tempus videbitur seorsum in tertia questione proposita.

**Quantum** ad primum sit prima distinctio quod potentiarum quedam dicuntur actiua et quedam passiuua.

**2<sup>a</sup>** distinctio. potentiarum passiuarum quedam dicitur receptiua solum et de illa nihil ad propositum. quedam est receptiua et cum hoc resistentiua et de illa ad propositum.

**3<sup>a</sup>** distinctio. potentiarum actiuarum quedam finita sicut pondus naturalis. quedam infinita sicut potentia dei.

**4<sup>a</sup>** distinctio. potentiarum actiuarum quedam est motiua: quedam portatiua: quedam leuatiua: quedam productiua.

**5<sup>a</sup>** distinctio. potentiarum productiuarum quedam est productiua subiecte. quedam productiua qualitatis.

**6<sup>a</sup>** distinctio. potentiarum productiuarum qualitatum quedam est productiua qualitatis sibi similis: sicut caliditas productiua caliditatis. quedam autem est productiua qualitatis dissimilis sicut lux est productiua luminis: et color est productiuus speciei visibilis.

**7<sup>a</sup>** distinctio. adhuc potentiarum quedam est productiua alicuius effectus quod postquam productum est inuadit potentiam ad vltimum productum. quedam autem non. Ex primo sicut ignis quod postquam produxit ignem prope se inuadit ipsum ad producendum ignem a se magis remote. Ex plura scilicet. sicut est lumen. si non postquam productum est a luce non inuadit ad vltimum producendum lumen. ita filius postquam productum est a patre non inuadit patrem ad vnum alium filium producendum.

**Octaua** distinctio potentiam finitam terminari contingit quadruplur imaginari. vel maximo. vel minio. vel maxio in quod non. vel a quo non: vel per quod non et cetera. vel minimo in quod non: vel minio per quod non etc. Maximum vocatur in quod potest vel a quod potest aliquid pro agere vel pati. et in nullum maius sed in quodlibet minus. vel a nullo maiori. sed a quolibet minori. si minimum vocatur in quod vltimo a quo aliquid potentia potest agere vel pati et in nullum minus vel a nullo minori. si in quodlibet maius vel a quolibet maiori. Sed maximum quod non vocatur quod non vel a quo non vel per quod non. si cuius maiori illo datur maius quod sic. Sed minimum quod non. vocatur illud quod non vel per quod non vel in quod non. si quolibet minori illo datur minus in quod vltimo per quod sic. Ecce quattuor descriptioes quattuor terminorum. In istis descriptioibus quattuor quatuor ad primas duas descriptioes istorum duorum terminorum maximum et minimum accordo cum ceteris loquentibus in ista materia. si quatuor ad duas alias descriptiones discordo ab eisdem. et apparet mihi quod quantum ad hoc melius sit describere alio modo illos duos terminos maximum quod non et minimum quod non quam ipsi describant. unde ipsi vocant maximum a quo non illud a quo non nec ab aliquo minori: sed a quolibet maiori. et minimum in quod non illud in quod non nec in aliquod maius. sed in quodlibet minus. in hoc apparet mihi quod non bene dicant nisi plus addant. nam secundum hoc non posset saluari quod esset dare minimam distantiam vltra quam aliquod visibile posset videri. quod tamen est falsum. immo oppositum ipsi dicunt. nam secundum eorum expositionem esset minima distantia vltra quam non aliquod visibile potest videri. sit ergo illa pedalis. tunc vltra illam distantiam illud visibile non potest videri. sed vltra quamlibet minorem. et tamen hoc est falsum: quia aliqua posset esse distantia ita parua prope oculum si visibile quod esset vltra illam et non remotius ab oculo non videretur. sicut arguebatur etiam ante oppositum.

**Tunc** sit prima conclusio: quod potentia infinita non terminatur maxima resistentia nec minima: nec maxima in quam non. nec minima in quam non potest agere. probatur. quia talis potentia non est terminata. ergo nec sic nec sic postquam est infinita.

**Secundo** ad hoc quod aliqua potentia aliquo dictorum modorum terminetur requiritur quod in aliqua resistentia possit et in aliquo non. modo sic non est de potentia infinita ex eo quod in quolibet potest.

**De**inde ante quam ponatur conclusiones de potentia finita et naturali pono primo vnam conclusionem preambulam quam oportet supponere in probationibus sequentium. et sit ista. si quilibet excessus sufficit ad continuandum motum inceptum. tunc quilibet ex-

cessus sufficit ad motū incipiendum et inchoandum. istius conditionalis antecedens cōmuniter omnes cōcedūt: licet non cōmuniter omnes concedāt cōsequens. sed probo dictam conditionalem esse verā. et ideo si conceditur aūs oportet cōcedere cōs. vñ arguo sic. si nō quilibet excessus sufficeret ad inchoandum motū: et tamē sufficeret ad continuandum motum: hoc videretur esse ex eo quod inchoare motum esset difficilius quā cōtinuare motum: tūc sic. vel ergo inchoare motum est finite difficilius vel infinite quā cōtinuare motum. non pōt dici quod infinite. quia tunc oporteret esse excessum infinitum. nec aliquis excessus finitus sufficeret ad inchoandum motū. cuius oppositio pōt ad experientiam. si autē dicatur quod inchoare motum est finite difficilius quā cōtinuare motum. sit ergo. verbi gratia quod solum in duplo et sit excessus a. qui per aduersariū non sufficit ad inchoandum. sed bñ ad cōtinuandum. Tūc sic. quilibet excessus per aduersariū sufficit ad cōtinuandum. ergo medietas a. sufficit ad continuandum. et cum inchoare sit solum in duplo difficilius sequitur quod a. duplum ad suam medietatem sufficit ad inchoandum. quod ē intentus. cōsimili modo argueretur si diceretur quod inchoare motum esset in decuplo difficilius quā cōtinuare. et sic de quacūq; alia pportione finita. ¶ Nam si dicas quod decuplo difficilius est inchoare quā cōtinuare: sit a. excessus qui per aduersariū nō sufficit ad inchoandum. et si quilibet excessus sufficit ad continuandum. sequitur quod decima pars ipsius a. sufficit ad continuandum. et cum solum in decuplo difficilius sit inchoare quā cōtinuare. sequitur quod decuplum ad decimam partem ipsius a. sufficit ad inchoandum. et cum hoc sit a. sequitur quod a. sufficit ad inchoandum. et sic si quilibet excessus sufficit ad continuandum motū. et cū solum finite difficilius sit inchoare quā cōtinuare. sequitur quod quilibet excessus sufficit ad inchoandum. ¶ Secūdo ad idē et suppono pmo sicut cōmuniter cōceditur quod pportio velocitatum in motibus sequitur pportionē pportionū potētiaz mouentium ad suas resistentias. hoc supposito sit a. vnus motor qui excedit. b. mobile excessu non sufficiente ad motū inchoandum sicut aduersariū. tunc sit vnus alius motor. c. qui excedat. d. mobile excessu sufficiente ad motū inchoandum. et ad mouendum certa velocitate. et sit ille motus. e. tunc clarū est quod pportio. c. ad d. habet certā pportionez ad pportionē a. ad b. cum nulla earum sit in infinitū magna nec in infinitū parua. sit ergo. vbi gratia quod sit dupla ad eas. tunc cū ad motum e. sit dare motum subduple velocitatis sicut p. 4. et 6. physicorū. sequitur per suppositionē quod ille pducetur et inchoabitur sicut pportionē alicuius motoris ad mobile subduplam ad pportionem. c. ad d. sit ergo illa pportio ipsius. f. motoris ad g. mobile. ex quo sequitur pportionē. f. ad g. eē equalē pportioni ipsius a. ad b. cū vtraque earū sit subdupla ad eandē pportionem. puta ad pportionē ipsius. c. ad d. tunc vltra. pportio. f. ad g. est equalis pportioni a. ad b. sed a pportio. f. ad g. puenit motus. quia subduplus ad motū. e. ideo etiā a pportio. f. ad g. puenit motus. quare excessus. a. ad b. sufficit ad motum nō solū cōtinuando sed inchoando. quod erat probandum. ¶ Ista conclusione preambula supposita ponā conclusiones de potētis naturalibus.

**Quantum** ad scōm articulum. et sit pma ista. nō est dare maximā resistentiā in quā alicui potētia actiua pōt. pbat. qz si sic sit potētia actiua et resistentia b. tunc arguitur sic. a. vel excedit. b. vel nō excedit b. si dicatur quod non excedit b. sequitur quod non pōt in b. cū omnis potētia actiua debeat excedere quantū ad posse agere ipsam potētia resistentiā quantū ad posse resistere. quod supponit tanquā vnū pncipium in naturali scientia. si autem dicatur quod a. excedit b. vel ergo excessu diuisibili vel excessu indiuisibili. si dicatur quod excessu indiuisibili hoc nō valet: quia nullus talis est. si autem dicatur quod excessu diuisibili. sint ergo

ctio omne distribuatur solum usque ad species non usque ad indiuidua. probatur. nam si lapis est generabilis. habet ex aliquo materia. et ab agente quod potest materia illi applicari. et si potest applicari applicabitur etiam infinites propter eternitatem motus celi. Sed talibus applicationibus ipsius agentis ad ipsam materiam factis pro generatione lapidis lapis generabitur. Et non oportet quod iste. sed sufficit quod iste vel ille. et sicut argutus est de lapide: ita potest argui de asino et de quacunque alia specie. Et credo quod expediat. imo sit necessarium quantum ad ista supponere commensurabilitatem motuum supercelestium. quia forte si essent incommensurabiles aliter esset et fieret. ¶ Tertia conclusio. non omne generabile terminatiue generabitur faciendone distributione ad indiuidua. et hoc probant ille tres rationes sufficienter posite in principio questionis. ¶ Sed contra istam conclusionem dubitatur probando quod omne generabile generabitur: prout licet omne distribuit usque ad indiuidua. quia si non sit a. generabile quod non generabitur. tunc arguitur sic. a. non generabitur. et idem a. generabitur. ergo quod generabitur non generabitur. discursus est bonus. et conclusio est impossibilis. ergo aliqua premissarum. non minor. ergo maior. Quod minor non sit impossibilis. probatur. quia ex quo a. est generabile per positum non est impossibile quod a. generabitur. ¶ Secundo. si non tunc aduersari haberet concedere istam copulatiuam. a. est generabile. et tamen a. non generabitur. sed hoc est falsum. quia ad unam eius partem sequitur oppositum alterius. sequitur. n. ad istam partem a. non generabitur. ista. a. non est generabile que repugnat prime parti dicte copulatiue. ¶ Tertio. si a. non generabitur tunc hec est falsa. a. est generabile. probatur. quia tunc h. a. est generabile est affirmatiua cuius subiectum per nullo supponit. quia nec per illo quod est nec fuit nec erit. sed omnis affirmatiua est falsa cuius subiectum per nullo supponit. ¶ Ad ista. ad primum quando arguebatur sic. a. generabitur et c. concedo quod discursus est bonus et quod conclusio est impossibilis. et ulterius dico quod non propter hoc oportet aliquas premissas esse impossibiles. sed sufficit totale ans esse impossibile. scilicet. copulatiuam compositam ex maiore et minore. que non est impossibilis propter alicuius sue partis impossibilitatem. sed propter suarum partium incommensurabilitatem. quod patet in simili sic arguendo. omne currens est homo. equus est currens. ergo equus est homo. discursus est optimus. quia in tertio modo prime figure. et conclusio est impossibilis. non tamen propter hoc aliqua premissas est impossibilis sicut vos videtis. sed bene premissas sunt impossibiles. et hoc sufficit. et ideo quando arguitur discursus est bonus. et conclusio est impossibilis. ergo aliqua premissas. non debet concedi consequentia. nisi cum ista additione. vel copulatiua ex ambabus composita est impossibilis. ¶ Ad secundam. tunc aduersarius et c. concedo. et cum dicebatur. illa est una copulatiua cuius una pars infert oppositum alterius. nego. et quando dicebatur. a. non generabitur. ergo a. non est generabile. neganda est consequentia. quia cum ista. a. non generabitur bene stat ista. a. potest generari. et per consequens ista. a. est generabile. ¶ Sed diceret. si a. non generabitur. tunc si aliquis homo protulisset heri istam propositionem. a. non generabitur ipse dixisset verum: ex quo a. non generabitur. et si ista propositio fuisset vera: sequitur quod impossibile est ipsam non fuisse veram. quia quod fuit impossibile est non fuisse. ergo etiam impossibile est illud ad quod sequitur ipsam non fuisse veram. sed ad istam propositionem. a. generabitur sequitur illam non fuisse veram que dicebat a. non generabitur. ergo sequitur quod hec est impossibilis. a. generabitur. ad quod ultra sequitur quod a. non potest generari. id est concluditur quod a. non est generabile. et sic a. per ad ultimum sequitur quod a. non generabitur. ergo a. non est generabile. ¶ Ad istud quando dicitur quod ad hanc. a. non generabitur. sequitur quod hec propositio. a. non generabitur heri plata fuit vera: concedo. et quando dicebatur. ergo impossibile est ipsam non fuisse veram. consequentia ne-

ga. imo dico qd adhuc e possibile ipsam non fuisse veraz sed falsa. quia sicut habet primo perhyermenias nondum est determinatu qd fuit vera aut qd fuit falsa hec ppositio de futuro. qm talis determinatio dependet ex actu futuro ad que adhuc no e facta determinatio. Et quado dicebat omne qd fuit ipossibile e non fuisse. concedo. et io bene con- cedo qd ipossibile e illam ppositionem non fuisse. vltorius tamē dico qd h e falsa. omne qd fuit verū ipossibile est non fuisse verū. nec valet sequētia. omne qd fuit ipossibile e nō fuisse. ergo omne qd fuit verū ipossibile e nō fuisse verū. qz cōmittitur ibi fallacia figure dictionis mutando quid i quale qd vel i ad aliqd. vnde verū potest dici ad aliquid. ex eo qd ppositio dicit vera quia taliter e i re. Ad 3<sup>m</sup> si a. nō generabit. tūc i ista. a. e generabile. li a. p nullo suppo nit. nego. quia lz non supponat pro p̄senti neq; pro p̄terito neq; p futuro. tamē supponit. p possibili. et hoc sufficit.

**Quantum** ad scōz dicit Arist. qd generabile et corru- ptibile dicuntur s; potētias. generabile qd dē qd pōt generari. et corruptibile qd pōt corrūpi. iste enī sūt proprie significationes dictoz terminoz. Et vltra dicit Ari. qd nō ē potētia ad p̄teritū. non enī est possibile qd sit annus p̄teritus. et scōm ista dicta videt sequi qd ista a sin? qui iā ē genit? nō sit generabilis sicut p̄us arguebat. tamē ipse bñ est corruptibilis. ergo nō omne corruptibile ē gene- rabile. et sic dicti termini s; p̄piaz eorum acceptionē non duertunt. imo corruptibile ē in plusq; generabile. qz omne generabile ē corruptibile. sed nō oē corruptibile ē genera- bile. Et sic etiā isti termini generatū et corrūptū nō duertū tur: imo generatū ē in plus. qz omne corrūptū ē generatū sed nō omne generatū ē corrūptū. sicut etiā p̄us arguebat. Ita etiam ingenerabile et incorruptibile nō conuertuntur. imo ingenerabile est in plus. qz omne incorruptibile est in generabile. sed nō oē i generabile est incorruptibile: vlti<sup>9</sup> Ari. dicit qd tā gnabile q; corruptibile duertunt cū aliqñ ēte et aliqñ nō ente. ita qd oē generabile et etiā oē corruptibile ē aliqñ ens et aliqñ nō ens. sed istud de p̄p̄tate sermonis nō est vez. nā dictū est in p̄cedēti articulo qd aliqua sūt gene- rabilia que nūquā gnabuntur. et sic illa nec sunt nec vnquā fuerūt nec erūt. de talibus g nō est vez dicere qd ipsa aliqñ sunt et aliqñ nō sūt. et tñ vez est quod sunt generabilia. ergo ille terminus generabile est in plusquam ille terminus copulatus aliqñ ens et aliqñ nō ens. Ex oibus his finaliter dico qd si volum<sup>9</sup> tenere dclones Arist. o; dare aliquos sen- sus q forte nō sūt s; p̄p̄iā ipositionē terminoz. cū enī dici mus qd isti termini gnabile et corruptibile cōuertuntur ad inuicē. Et cum illo termino copulato aliqñ ens et aliqñ nō ens o; accipere tā gnabile q; corruptibile p eo qd aliqñ pōt vel potuit vel poterit eē. et etiā pōt potuit vel poterit nō eē. et etiā o; istū terminū copulatū aliqñ ens et aliqñ nō ens ac- cipere nō s; m actualē existentia vel nō existentia. sed p illo qd pōt eē et pōt nō eē. et cum hec o; vti isto termino pōt siue ad esse siue ad nō eē. nō put pōt notat carentia actus s; p nō repugnātia essendi vel nō essendi.

**Et iurta** ista solui possunt rōnes facte hinc inde. **Quod** quidē igitur neq; factum est omne ce- lum: neq; p̄tingit corrūpi que admodum qdam dicit ipsū. s; ē vnū et sempiternū et c. **Secūdo** celi Textu p̄meti primi. **Questio XX.** et vltia

qui an' erat. et p oīs cū corrūpī aliq pars mūdi. puta equ? vel h omo videt qd corrūpatur mūdus. et sic etiā vī quatū ad gnationē. **Secūdo** quelibet ps mūdi ē corrūptibilis. ḡ totalis mūdus ē corrūptibilis. et p oīs nō ppetu<sup>9</sup>. anīs pba- tur. nā totalis mundus sufficienter diuiditur saltē exclusis deo et intelligentys in mundū inferiorē et superiorē. mō claz est qd qlibet ps mūdi iferioris pōt corrūpi. siue sit elm siue mixtū. de mūdo etiā supiori sicut est celū. pbatur qd sit cor- ruptibile. qz qd est alterabile ē corrūptibile. celū ē alterabi- le. ḡ zc. maior pz p̄mo d̄ generatōe. vbi dicitur. si ipossibile est aliqd corrūpi ipossibile est ipsūz alterari. minor pz ex eo qd nunc aliqua pars celi est illuminata que ante nō erat illuminata. illuminari aut est alterari. **Et cōfirmat** hoc scōo. agens remotū ab alterabili nō alterat ipsum nisi p̄us alterādo mediū sibi p̄p̄iquū. modo stat qd sol et stelle alte- rant ista iferiora. ergo videt qd alterāt speras celestes iter- medias. et per sequēs celū videt esse alterabile. **Et con- firmatur** hoc. nā corpora celestia sicut plāete maiores hnt virtutes i aliquibus signis celi. et minores i alyis. ergo vide- tur. qd talia sūt alterabilia. **Tertio** ad p̄ncipale. mun- dus depēdet a deo i conseruari qui ē voluntatis omnino li- bere. ideo pōt velle nō amplius d̄seruare ipsū. et ita mūdus corrūperetur. cū non possit manere sine cōseruatōe a deo. **Quarto**. qd ē augmētabile et diminubile ē corrūptibi- le et nō perpetuū. mūdus ē huiusmodi. ergo zc. probatio mi- noris. qz sol et luna et alie stelle q̄ sunt partes mūdi de qbus minus vī. sūt augmētabilia et diminabilia. qd probat. qz i ortu eoz et i occasu apparēt maiora. i medio at celi minora.

**Oppositum** vult Ari. et pbat rōne. mundus ē ppe- tuus a p̄e an' sicut credidit Ari. se de- mōstrasse i octauo p̄hy. ḡ etiā ē ppetu<sup>9</sup> a p̄e post. pbat d̄se- quētia. ex h qd pbat p̄us i vna qōne qd nullū ppetuū a p̄e ante pōt eē nō ppetuū a p̄e post. **In** ista qōne p̄mo ponā aliquas distict iōes. **Secūdo** dclones.

**Quantum** ad p̄mū sciēdū ē qd duplex ē alteratio. q̄ dā ē cū abiectioe d̄ry disponēs ad corru- ptionē vel gnationē sicut ē calefactio vel frigefactio vel ali- qua talis. Alia ē alteratio q̄ nō fit cū abiectioe d̄ry sicut ē illuminatio q̄ s; se nō ē dispositiua ad generationē. nec ad corruptionē lz bñ p accūs. et h̄ adhuc nō ē. vel nisi iux sub- iecta alterabilia alteratōe p̄mo mō dicta. **z<sup>o</sup>** distictio. qd sicut differūt gnabile et creabile. ita etiā differūt corrūptibi- le et ānihilabile. vnde generabile dicit qd ad sui eē iceptio- nē p̄supponit materiā ex qua ipsū fit vel in qua ipsūz fit. sed creabile dicit qd ad sui esse iceptionē nō p̄supponit mate- riā ex qua ipsū fiat. nec i qua ipsū fiat. ita corrūptibile dicit qd post sui desitionē derelinquit materiā que manet. **Annihilabile** autē qd post sui desitionē nihil derelinqt qd fuerit pars eius. **z<sup>o</sup>** distictio ē. qd aliqd pōt dici ppetuū cuius quelibet ps ē ppetua. alio mō cui<sup>9</sup> p̄ncipalior ps ē ppetua. et cū h̄ ipsū obtinet cōsimilē figurā et dispositionē. et ppter hoc lz hominis p̄ncipalior ps sit ppetua. puta aīa intellecti- ua. tñ qz ipse homo nō ppetuo obtinet cōsimilē dispositio- nē et figurā nō dicit ppetuus.

**Quantum** ad z<sup>o</sup> sit p̄ma dclō. s; fidē nostraz deus. posset celū qd ē p̄ncipalior ps mūdi ānibi- lare. sed nō posset corrūpere. p̄mā p̄te fide credim<sup>9</sup>. z<sup>o</sup> ps p- bat ex qd nominis corrūptibilis. qz corrūptibile dicit qd post sui desitionē derelinqt materiā q̄ fuit ei<sup>9</sup> ps. s; celū nō h; mās sic p̄us. pbatur. et hec accipiēdo celū p orbe celesti excluso motore. ita p̄portionalr pbaret adhuc s; fidē nrāz qd d̄s nō posset gnare itelli<sup>9</sup>. s; bñ create accipiēdo gnare dco mō. **Sz** s; p̄ncipia q̄ credidit Ari. sit p̄ma dclō. ce- lū nec est gnabile nec est corrūptibile. et rō est. qz nō h; mās **Secūdo** qz nō h; aliqd d̄riū nec scōz suā subaz nec s; m suas nāles dispōnes. **Tertio** nā cōiter oēs attribuūt deo et itel- ligētys istū locuz. s. celū. qz deos ponūt eē ppetuos. s; ppetu-



**S**ptimū propositoz erat vtrū mun- dus sit perpetuus. Arguit p qd nō. mūdus est gnabilis et corrūptibilis. ḡ nō est ppetu<sup>9</sup>. nūtia t; anīs pbat. qz ex quo ad corruptionē partis toti<sup>9</sup> nō manet idēz totū qd an' erat. sequitur qd ad corrūptōez ali- cuius p̄ticule mūdi nō manet idē mundus

## Liber II.

is nō debēt attribui loca corruptibilia. ¶ Quarto qz p oēs memoriā. siue p scripturā. siue p aliā quaz possumus hre ab antiquissimis nō apparet qd celū vsqz nūc sit corruptū vel peioratū. z tñ verisile est qd corruptibile in tāto tēpoze esset peioratū: vel ī toto vel in pte. ¶ Scda xclo celū nō ē alterabile alteratōe corruptiua. pbatur. qz talis fit cū corruptōe qualitatis cōtrarie. z cū resistētia. talis aut nō est ī celo. 2<sup>o</sup> nā tales alteratōes ordinānt ad gnātōes vl corruptōes. iō nī inueniunt ī celo. cū celū nō sit generabile nec corruptibile. p pcedētē xclonēz. ¶ Tertia xclo. celū bñ est alterabile alteratōe scdo mō dicta que fit sine abiectōe 2ry z sine resistētia. patet. qz bñ aliqua pars celi illuminatur q ante nō illuminabatur. p3 de luna. ¶ Silr p3 de speris inferioribus que recipiūt influētias solis z astroz supioz. aliter .n. non possent ille influentie multiplicari ad ista inferiora. ¶ Quarta xclusio. celū non ē augmentabile p rarefactionē nec diminubile p condensationē. p3 hoc. qz talē augmentationē oporteret fieri cū alteratione pcedēte que qdem alteratio fieret p qualitates pmas cōtrarias. puta p caliditatē z frigiditatē s3 talis alteratio nō iuenitur ī celo. per secundā conclusionem. ¶ 5<sup>a</sup> cōclusio. nec celū est augmentabile per appositionē aliquaz partium que essent de natura celesti. nec ēt diminubile per amotionē taliū. quia non apparet vbi iste essent: nec vnde venirēt nec quomō venirēt ad ipsū celū. qz si eēt distātes a celo nō possent puenire ad celū nec a celo recedere nisi per motus aliquotr rectos modo dictū est p3 qd celū z partes que sūt de natura celesti nō sic nate sūt moueri. ¶ 6<sup>a</sup> xclusio. ēt celū nō ē augmentabile p nutritionēz. quia nutritio requirit quādā gnationē subalē. s. cōuersionē nutrimentī in subam nutriti. sed celo non puenit gnatio subalis. nec alteratio. requisita ad talē generationē sicut p3 ex pcedētibus cōclusionibus .s. pma z scda. ergo zc. ¶ Proportionaliter pbat qd celum nō ē diminubile diminutōe opposita tali augmentatōi. nā tūc ī celo esset aliqua corruptio substāialis. Ex his xclusionibus inferit qd celū est perpetuū. ¶ 7<sup>a</sup> xclo. mūdus nō est perpetuus pmo modo. p3. qz multe eius ptes sunt corruptibiles. ¶ 8<sup>a</sup> cōclusio. mūdus est perpetuus scdo modo. pbatur. quia pncipalior eius pars est ppetua. s. celū sicut p3 pcedentes xclones. Ex hoc seqtur opinionem illoz eē falsaz. qui dixerūt mūdū icēpisse. sed nūc3 corrupi. vñ si mūdus nec ē generabilis nec corruptibilis fm qd seqtur ex iam ditis. seqt illā opinionē esse falsaz. ¶ Et pōt argui 2 illaz opinionem sic. qz in phia debemus solū ponere ea q in oibus vel in pluribus apparēt esse vera. sed quecūq3 apparēt nobis eē facta illa videm<sup>9</sup> esse corruptibilia. ideonō est ponēdum ī phia qd aliqd sit genitū z nō est corruptibile. ¶ Ad idē. nā Ari. credidit omne qd fit fieri ex mā psupposita. iō si mundus fuit factus oportuit pexistere pncipiū māle ex quo fiebat: z illud erat tūc sine forma mundi: z post sub forma mundi. Et si illud pncipiū fm suā nām est possibile eē sine forma mundi: z esse sub forma mūdi: cū mūdus sit factus: adhuc manet pncipiū materiale qd ē nature potētialis ad nō esse mūdi. sed omne cōstitutum ex tali pncipio vel corrupet z aliquando non erit. vel saltē potest non eē sicut aliquādo nō fuit. modo possibile nō esse nō ē incorruptibile. ergo xcludat qd mūdus: si fuerit factus ē corruptibilis qd est cōtra illā opinionē. ¶ Infertur 2<sup>o</sup> ex dictis opinionē illoz esse falsaz qui dixerunt mūdū infinities generari z corrupi: tali mō qd aliqñ pamicitiā oia corpa cōgregabātur sine appōne vel apparētia alicui<sup>9</sup> distinctōis entiu. z B sic opinātes volebāt mūdū corrupi. postea redeūte lite cōgregabātur z appebat distinctio entiu. z B vocabāt mūdū gnari. falsitas hui<sup>9</sup> p3 ex dictis postq3 mūdus est ppetuus. ¶ 3<sup>o</sup> sic dicere est cedere qd fm veritatē z subaz mūdus sp manet. licet sub alia z alia dispōne. qz sic manerent sube

elementoz z alioz corpoz sil licet in cōfuso. ¶ Ex dictis etiā appet falsitas tertie opinionis antiquoz dicētū mundū semel fuisse factū. z qd semel corruperet. z qd nūc3 post poterat reuerti. ¶ Cōtra quā pōt argui. qz si mūd<sup>9</sup> fuisset factus nō fuisset fact<sup>9</sup> ex nihilo. sed ex aliquo. z si sic tūc an mūdi factionē illud p fuisset ī finito tēpoze sine forma mundi. z post corruptionē mūdi maneret p infinitū tps ēt sine forma mūdi. sed B nō videtur eē vez. qz nulla vr eē rō. si ex tali aliqñ poterat fieri mūdus. qn post corruptionē mundi adhuc ex illo posset fieri mūdus. Sic g p3 falsitas triū opinionuz antiquoz ex xclonibus positis quas Ari. etiā ponit ī lra z ī probatōes opinionū antiquoz. scdm qd nūc iprobate sūt: z pma fuit opinio platonis z suo3 sequaciū. scda erat opinio empedoclis. tertia erat anaxagore.

**Ad rationes** ad primā dico qd bñ pbat mūdū nō esse ppetuū p mō accipiēdo ppetuūz: cū quo bñ stat mūdū eē ppetuū scdo mō. ¶ Ad 2<sup>am</sup> negat aīs. z qñ dicebat celū est corruptibile: nego. vlteri<sup>9</sup> qñ dicebat ipz ē alterabile cōcedo alteratōe nō corruptiua: nec o3 si est sic alterabile qd sit corruptibile. z qñ pbauit Aristo. p de gnatiōe. si gnatio ē ipolis alteratio est ipolis. itelligit de alteratōe corruptiua q fit cū abiectōe 2ry z resistētia dispo nēte ad gnationē vel ad corruptōes. z nō de alteratōe iproprie dicta. ¶ Ad 3<sup>am</sup> de pōt velle nō cōseruare celū. ccedatur. z iō bñ ccedit qd supnāl celum ē annihilabile. s3 Ari. hoc negauisset pp B qd de<sup>9</sup> ē imutabilis volūtatis. nec illō ē cōtra libertatē sue volūtatis. qz Ari. reputat libez simplr. nō qz pōt ī opposita. s3 qz est sui ipius grā tanq3 finis alioz. ¶ Ad 4<sup>am</sup> negat aīs. z qd stelle apparēt maiores ī ortu z occasu q3 in medio celi. h<sup>9</sup> cā ē. qz tūc vident p fumos grossos eleuatos a terra: q sūt cā rarefactōis vel refractōis radioz. qdē rarefactio vel refractio vlteri<sup>9</sup> ē cā ei<sup>9</sup> qd visibile appet mai<sup>9</sup>. qd p3 de denario ī fundo aq. q appet maior qñ est ex aquā. cū aut sol z luna vel alie stelle sunt ī medio celi nō vident p fumos grossos. z adhuc posito qd sic nō tñ viderēt p tātā rarefactionē vl refractōes radioz sic qñ sūt ī ortu vel occasu. ex eo qd ī medio celi sūt ppingores cēnit nō sic appet ex pspēctiua: si visibile eēt ī cēnit viderēt p radiū ppēdiculārē q trāsiret p media diuersaz rōnū ī dyafaneitate z raritate sine fractōe. iō qto visibile est ppingus cēnit. tanto ceteris pib<sup>9</sup> iudiciū visus q3tū ad verā q3titatē z locū visibilis est magis verax. Et sic cū grā dei qōnibus super pmū celi finē imponamus.

¶ Expliciūt qōnes supra libzū pmū de celo z mūdo.

¶ Quod quidē igit neq3 factū ē omnez celū z c.



**¶** Anc restat que

rere circa scdm celi: in quo Ari. postq3 in p determinauit de totali mundo māli vult determinare de pncipalioz z nobilioz ei<sup>9</sup> pte. s. de celo. z ptractat pncipaliter tria ī isto scdo celi. p enī illa que cernūt celuz fm se totū. scdo illa que cernunt ptes celi minores sicut sunt astra. tertio illa que cernūt terras prout ipsa est tanq3 cētrū celestis

corpozis. z fm hoc iste 2<sup>o</sup> celi solet diuidi in 3. tractatus.

¶ Nobis autē quoniam determinatum ē prius qd in habentibus pncipiū motus tales virtutes existunt: est autem celum animatū z habet motus pncipium. Ad manifestum quoniam habet

sursū z deorsum. Dextrū z sinistrū zc. Textu  
p̄meti tredecimi. Questio I.



**C**irca istas tres materias p̄n c ipales.  
intēdo formare q̄ones circa istū  
librū. z p̄mo circa illa q̄ cōcernunt celūz s̄z  
se totū vel ptes ei' maiores q̄ sint astra sic  
sunt orbes. Et quantū ad hoc p̄mo illa que  
ptinet ad d̄rias positionis 'in celo. Sc̄do  
illa que ptinent ad figurā celi. Tertio illa  
que ptinent ad ptes maiores totalis celi sicut sunt orbes.

4<sup>o</sup> illa que ptinet ad motū celi. ¶ Quantū ad primū vo  
lo q̄rere quatuor. p̄mo vtz in celo sint sursūz z deorsūz. añ  
z retro. dextrū z sinistrū. 2<sup>o</sup> vtz sursū z deorsū i celo capiēda  
sint s̄m polos. s. antarcticū z arcticū. 3<sup>o</sup> vtrū polus arctic'  
s. polus n̄r sit deorsum. z polus antarcticus ei oppositus sit  
sursum. 4<sup>o</sup> vtrū h̄s differentie i celo. s. sursū deorsū zc. sint  
distincte ex natura rei vel solū s̄m habitudinē ad nos.

**Quantum** ad primū. s. vtrū in celo sint sursū z deor  
suz. ante z retro. dextrū z sinistrū. argui  
tur p̄mo q̄ nō. nā ignis in s̄pera sua d̄r simplr sursū. iō i celo  
sup ipsum nō dz eē deorsum. alr deorsuz eēt sup sursū qd̄ e  
falsum. ¶ 2<sup>o</sup> celū est s̄pericū z silium partiū. sed in qb' iue  
niuntur h̄s d̄rie sunt dissimiliū partiū. sicut sunt hoies z  
bones. z alia pecora campi zc. ¶ 3<sup>o</sup> sursū z deorsuz habent  
assignari s̄m longitudinē. qz distantia alicui' rei iter sursuz  
z deorsum illius rei d̄r longitudo illius rei. z dextrū z sini  
strum habēt assignari s̄m latitudinē rei. mō in celo nō est  
longitudo alia a latitudine. ex quo celū ponitur eē s̄pericū.  
¶ Quarto. a dextra pte dz incipi motus. sed in celo nulla  
est pars. a qua incipiat motus ipsi' celi: postq̄z celū p̄petuo  
mouebatur. ¶ Quinto. sursuz est p̄ncipiū mot' s̄m augmē  
tum ante est p̄ncipiū motus s̄m sensum. ad ante enī sunt  
sensatiōes. z maxime visiones que fiūt p̄ lineas rectas nō  
reflexas. sed augmētatio z sensatio non inueniuntur i ce  
lo secundum q̄ dicebatur in vltima questione huius p̄mi.  
ergo in celo non inueniuntur sursum z ante. z per conse  
quens nec differentie positionis h̄s opposite. ¶ Sexto se  
cundum diuersos motus dicte differentie assignantur cor  
poribus. sed in celo non sūt diuersi motus cum celū sit cor  
pus simplex corporis autē simplicis est soluz vnus motus  
ex primo huius. ergo zc.

**Oppositū** vult Ari. z ad hoc ipse arguit sic in l̄ra. in  
corporibus imp̄fectis sicut in inanima  
tis non inueniunt dicte differentie positionis propter eo  
rum imp̄fectionē. vnde i lapide non dicimus vnā partem  
esse dextrā z aliam sinistrā z aliam ante z aliā retro. nisi  
in ordine ad nos. In plantis autez que sunt perfectiores  
ipsis inanimatis iam inueniuntur sursum z deorsum. sed nō  
alie. Sed in animalibus p̄fectis inueniuntur omnes dicte  
differentie. cū ergo celum sit corpus maxime perfectū sicut  
probatum est primo huius. videtur q̄ in eo debent rep̄iri  
omnes dicte differentie. ¶ Sc̄do arguit Ari. ad idēz. quia  
aliter non pōt assignari rō quare celum magis moueretur  
ad vnā ptem q̄z ad aliaz nisi ibi assignaretur dextrū z añ.  
z cū de hoc debeat assignari ratio cū hoc non sit a casu. seq  
tur zc. ¶ In ista q̄one primo aliqua sunt supponēda. deide  
ponēde sunt alique conclusiones.

**Quantum** ad p̄mū supponēduz est p̄mo q̄ iste due  
differentie sursum z deorsum i aliquibus  
corporibus attribuūtur simpliciter secundū diuersas par  
tes diuersarū potentiarum existētes in illis corporibus si  
cut hominibus z animalibus perfectis. sursum enī est prin  
cipiūz augmētatiōis z nutritionis. z sic est caput sursū  
z os per qd̄ capit nutrimentum. z secundū hoc radices p̄  
quas plante sumunt suū alimētum debent dici sursū. hoc

vult Ari. secundo de anima. cum hoc tamē bene stat q̄ in  
respectu ad loca elemētorum radices sūt deorsum. z ita nō  
est inconueniens q̄ secundum aliam z aliam acceptionem  
eius qd̄ est sursum z eius quod est deorsuz idē dicat sursuz  
z deorsum. Aliquis autē corporibus dicte due differentie. nō  
tribuunt simplr: sed solū respectiue. sicut i corporibus in  
aiatis. vnde in talibus sursuz z deorsum dicūtur solū respe  
ctiue ad loca elemētōz. vnde in lapide illa pars dicit sursū  
que versa est versus locū leuiū: z illa deorsum que ver  
sa est versus locū grauiū: z si ille lapis vertit. tūc pars que  
ante dicebat sursum postea dicit deorsum. z ecōuerso. ex  
quo patet q̄ dicte due differentie solū reperiūtur ibi respe  
ctiue: sed sic nō est de hoie. q̄ litercūq̄z. n. homo vertat semp  
caput z os dicitur sursum in hoie. z pedes deorsum in eodē.  
z sic patet q̄ iste due differentie sursum et deorsum in ali  
quibus corporibus reperiūtur simpliciter. in aliquibus au  
tem non nisi respectiue. z hoc vult suppositio. ¶ Secunda  
suppositio. q̄ similiter dextrum et sinistrum in aliquibus  
reperiuntur simpliciter. In aliquibus autem respectiue so  
lum. patet hec. nam in homine illa pars dicit dextra a qua  
incipit motus. z pars ei opposita dicit sinistra. in lapidibus  
autez z in plantis que non sunt mobilia nisi tali motu quo  
mouentur graua z leuia. dicte differentie positionis scilicet  
dextrū z sinistrum non reperiuntur simpliciter: sicut in ho  
mine: sed respectiue ad nos. vnde per motum lapidis eadē  
pars efficit sinistra que prius erat dextra: sed sic non est de  
homine. vnde qualitercūq̄z homo moueatur illa pars que  
fuit dextra manet dextra. z que fuit sinistra manet sinistra  
¶ Tertia suppositio. q̄ filiter iste due d̄rie. ante z retro in  
aliquibus corporibus reperiuntur simpliciter. in aliquib'  
autem respectiue solū. patet. quia in animali illa pars dicit  
tur ante in qua magis vigent virtutes sensitiue. z pars ei  
opposita dicitur retro. s̄z in corpore minus perfecto dicte  
differentie dicūtur respectiue. qd̄ patet. qz per taliū corpōz  
motus. potest fieri q̄ eadē pars que prius dicebatur ante  
postea dicitur retro. sed qualitercūq̄z moueatur aial. semp  
illa pars dicitur ante in qua magis vigent virtutes sensiti  
ue. nec eadē pars fit retro que prius fuit añ per motū loca  
lem. z hoc in ipsis animalib'. ¶ Quarta suppositio q̄ cor'  
in qb' dicte d̄rie positōis reperiunt simplr habēt partes di  
uersarū virtutū z potentiaz quaz vna dicitur añ z alia  
retro. vna sursuz z alia deorsum. vna dextra z alia sinistra  
¶ Sed corpora in quibus dicte differentie rep̄iūtur respe  
ctiue solum nō oz habere ptes diuersaz virtutū z potētia  
ruz distinctas s̄m distinctionem dictaz d̄riaz positionis. z  
ideo quia in plantis sursū z deorsuz rep̄iuntur simplr. ideo  
plante habēt illas ptes diuersaz opationū z virtutū. s̄z ga  
in eisdem ante z retro dextrum z sinistrū nō reperiunt nisi  
respectiue. ideo nō habēt illas ptes diuersaz opationum.  
¶ Ex istis supponibus pōt trahi. 5<sup>a</sup>. s. q̄ sursum z deorsuz de  
seruiunt ad motū augmentationis z nutritionis. dextrum  
autem z sinistrū quātuz ad motū locale. sed añ z retro solū  
quantū ad sensationē. z hoc in corporibus in qb' dz d̄rie  
positionis reperiuntur simpliciter. z non respectiue soluz.  
Iste quinqz suppositiones valebunt nobis ad istā mām de  
differentys positionis in celo.

**Quantum** ad sc̄dm sit prima conclusio. iste due dif  
ferentie positionis. scilicet sursuz z deor  
sum sunt naturaliter omnibus alyz p̄iores. patet. quia cō  
muniores. vbicūq̄z enim reperiuntur alie. ibi reperiuntur  
iste. sed non ecōuerso. patet hoc ve plantis. quia in plantis  
reperiuntur naturaliter sursum z deorsum. s̄z alie differen  
tie non nisi respectiue. ¶ Secundo probatur hoc idē  
ex ordine dimensionū. quia inter dimensiones longitudo  
est p̄ior. qz simplicior. sed sursū z deorsū capiūt s̄z lōgitu  
dinē. s. de capite ad pedes. dextrū at z sinistrū s̄z latitudinē

sed ante et retro secundum profunditatem: et ideo etiam sursum et deorsum sunt differentie simpliciores et priores alijs differentijs. **T**ertio probatur hoc idem ex parte motuum quibus dicte differentie deseruiunt. unde sicut dicebat quanta suppositio sursum et deorsum deseruiunt motui nutritionis et motui augmentationis. et dextrum et sinistrum motui locali: ante et retro motui sensationis. sed modo nutritio et augmentatio in animalibus precedit alios motus. primo enim oportet quod animalia nutriantur et augmententur antequam moueant se progressiue: et antequam perfecte sentiant: et adhuc si compemus omnes dictas differentias ad motum augmentationis. adhuc corpora prius augentur secundum longitudinem. secundum quam accipitur sursum. deinde secundum latitudinem secundum quam accipitur dextrum et sinistrum. deinde secundum profunditatem secundum quam accipitur ante et retro. **Q**uarto. natura magis fuit sollicita circa partes quae vna dicuntur sursum et alia deorsum ipsas distinguendo ab invicem. quam circa alias partes. et hoc videtur arguere positam et principalitatem illarum partium super alias. **A**ssumptum patet. quia in homine et similiter in alijs animalibus et plantis natura distinxit sursum et deorsum per figuras: quod non fecit de dextro et sinistro quod patet de capite et pedibus et brachijs. quorum vnum est dextrum aliud sinistrum: et similiter de lateribus. **S**ecunda conclusio. si in celo sunt aliquae dictarum differentiarum positionis. tunc in ipso sunt iste sursum et deorsum. probatur. quia iste due differentie sunt ceteris differentijs communiores. per precedentem conclusionem: ergo vbi cumque reperiantur aliquae differentie positionis vti quae ibi reperiuntur iste due cum aliae sint eis posteriores. **T**ertia conclusio. quod in celo sunt iste due differentie dextrum et sinistrum: probatur. quia vbi determinate inuenitur principium motus ab vna parte ad aliam ibi debet poni dextrum et sinistrum: cum de ratione dextri sit quod ab eo incipit motus naturaliter. sed celum determinate mouetur ab vna parte versus aliam. scilicet ab oriente versus occidentem per meridiem. et non e converso. ergo in eo debet assignari dextrum. scilicet in oriente et sinistrum in opposito. scilicet in occidente. **Q**uarta conclusio in celo sunt omnes dicte differentie. probatur. in celo reperiuntur dextrum et sinistrum per precedentem conclusionem. que sunt alijs differentijs posteriores. si autem in celo reperiuntur posteriores differentie rationabile est quod in ipso etiam reperiatur priores. scilicet ante retro sursum et deorsum. **S**exto potest persuaderi ex hoc quod dicte differentie quodammodo inueniuntur in magnete. qui quidem magnes multum habet de influenza celesti in tantum quod dicitur in quodam tractatu de magnete. quod qui faceret vnam sphaeram de magnete et eam disponderet secundum suos polos ad polos mundi moueretur motu diurno sicut celum. et ex hoc bene posset fieri certissimum horologium.

**A**d rationes ad primam dico quod illa bene probatur quod secundum respectum ad loca elementorum in celo non est sursum neque deorsum cum quo bene stat quod secundum proprietates motus localis celi bene sunt ibi dicte differentie: secundum quod postea magis declarabitur. **A**d secundam. illa bene probatur quod celum non habet distinctas partes secundum figuras: cum quo bene stat quod habet distinctas partes secundum potestates et proprietates pertinentes ad motus locales celi. vnde poli habent aliam proprietatem in motu celi cum sint immobiles quam partes in equinoctiali circulo: que velocissime mouentur. **A**d tertiam. dico quod vbi esset diuersa figura longitudinis ad latitudinem. ibi secundum illas figuras differretur sinistrum vel sursum a dextro. et sic de alijs differentijs. sed in corpore spherico sufficit quod differant secundum proprietates pertinentes ad motum locale illius spherici. et ideo nego. quod semper sursum et deorsum debeant capi secundum longitudinem. et dextrum et sinistrum secundum latitudinem. **A**d quartam. dico quod licet in oriente non incipiat motus celi. tamen ibi incipit vel incepisset. si aliquando incepisset. et non perpetuo durauisset. et hoc sufficit. **A**d quintam. dico quod vbi est augmentatio et sensatio ibi dicte differentie bene deseruiunt ad augmentationem et sensationem. sed vbi reperitur solum motus localis dicte differentie possunt deseruire solum ad illud: ita quod illa pars dicatur dextra a qua incepit vel

incepisset motus: et illa ante per quam: et illa sinistra ad quam. et pars opposita ante dicatur retro. et tunc puncta terminantia lineam circa quam fit ille motus dicatur vnus sursum. et alter deorsum. per hoc idem respondeatur ad sextam. et sic est finis questionis.

**D**ico autem longitudinem quidem ipsius secundum polos distantie. Et polos hunc quidem sursum hunc autem deorsum et cetera. Tertium commentum decimi quarti. **Q**uestio II.



**S**ecundum propositum erat. vnde in celo debeat sumi sursum et deorsum secundum polos: ita quod vnus polos sit sursum et alter deorsum. Arguitur primo quod non. quia sursum et deorsum debent sumi in corpore secundum terminos longitudinis. sed nunc est ita quod non est magis longitudo capienda inter duos polos quam inter orientem et occidentem: ex eo quod vtrobiusque linee essent sibi invicem equales. ergo non magis debent assignari sursum et deorsum secundum polos quam secundum orientem et occidentem. **S**ecundo. distantia de polo ad polum est latitudo. ergo quantum ad polos non debet accipi sursum et deorsum. sed magis dextrum et sinistrum: postquam dextrum et sinistrum sunt termini latitudinis. antequam probatur. quia astrologi et Aristoteles in secundo meteororum vocant longitudes climatium secundum processum de oriente in occidentem. sed vocant latitudes climatium secundum processum de polo ad polum. **T**ertio. secundum orientem sursum est ibi vbi est magis principium motus. sed hoc non est in aliquo polos sed magis circa equinoctiales circulum. quod patet. nam Aristoteles. 8. physicorum querit vbi in sphaera magis debeat poni motor. ipse respondet quod in circumferentia. quia illa magis et velocius mouetur. ergo similiter in partibus circuli equinoctialis que arctice velocius mouetur debet magis poni sursum quam in polis qui minime mouentur. **Q**uarto in nobis sursum est nobilior pars. quod patet de capite. ideo proportionaliter sursum in celo debet poni pars nobilior. scilicet illa non est polus. imo pars nobilior celi est per quam mouentur planete: et in qua ponuntur imagines signorum sicut est zodiacus. quem Aristoteles secundo de generatione vocat obliquum circulum. cum secundum illa signa et planetas maxime fiant astrologie iudicia.

**O**ppositum vult Aristoteles in littera. **I**n ista questione primo premitte de sunt suppositiones deinde ponende sunt conclusiones.

**P**rima suppositio sit ista: quod in celo debet imaginari tres dimensiones: vna de vno polo ad alium. secunda ab oriente ad occidentem. tertia a puncto meridiei ad punctum sibi oppositum. **S**ecunda suppositio. quod istorum sex punctorum tales tres dimensiones terminantium vnus vocatur punctus orientis: alter punctus occidentis. et alii punctus medij celi. et alii punctus seu angulus terre. et aliorum duorum punctorum vnus vocatur arcticus. et alter antarcticus seu terminus motus vel axis circa quem celum reuoluit. **T**ertia suppositio. quod partes celi circa dicta puncta existentes aliam et aliam habent virtutem et potestatem. vnde sol et ceteri planete aliam et aliam habent potestatem in oriente. et aliam in occidente. et aliam in medio celi. et aliam in angulo terre. sic sicut aliam habent virtutem stelle existentes circa vnum polum. et aliam existentes circa alium. quod patet primo de sole quod aliam habet virtutem in oriente quam in medio celi. ex eo igitur quod racemi siti versus orientem sunt dulciores quam racemi siti versus meridiem. patet hoc etiam de luna: que habet suam fortitudinem maiorem super motum et tumescentiam aquarum ipsa existente in puncto medij celi. vel in puncto quem vocamus angulum terre.

**Q**antum ad secundum sit prima conclusio: sursum deorsum ante retro dextrum et sinistrum in celo debet sumi secundum dicta sex puncta imaginata in celo tanquam termini dictarum trium dimensionum imaginatarum ibidem. **P**robatur



differentie positionis sumetur in corpore secundum diuersas potētias. et virtutes et proprietates diuersarū partū in illo corpore: quod patet de differentiis positionis in homine: quia vna accipitur secundum caput. alia secundum pedes. et sic de alijs: quae sunt partes diuersarū potentiarū et virtutū in homine. et ita similis est in alijs animalibus. sed dicta sex puncta imaginata in celo diuersas habent potētias et virtutes scōz quae dixit suppositio immediate pcedens. ergo etc. **Secunda conclusio.** oriens debet poni dextrū in celo. probatur. quia a dextro debet incipere motus sicut dicitur est in libro de motibus animalium. modo ab oriente incipiunt astra et partes celi moueri super nostrū hemispherium. ergo etc. **Tertia conclusio.** occidentes seu punctus siue angulus occidentis. quod totū idē est in celo debet dici sinistrū. probatur. quia punctus occidentis opponitur puncto orientis: et quia semper dextrum opponitur sinistro. et cum dextrū in celo dicatur orientes per precedentem conclusionē. sequitur quod sinistrū in celo dicatur occidentes. **Quarta conclusio.** punctus siue angulus meridiei debet poni ante in celo. probatur. quia motus incipiens a dextro tendit per ante. id est quia astra mouentur ab oriente ad occidentē per meridiē sequitur quod punctus meridiei debet dici ante. **Quinta conclusio.** punctus oppositus puncto meridiei. sicut est angulus noctis debet dici retro in celo. probatur ex eo quod opponitur ante: modo ante et retro debent adinuicē opponi. **Sexta conclusio.** responsalis ad questionē quod polos vnus est sursum. et alter deorsum. probatur. nam secundum dicta sex puncta. de quorū numero sunt duo poli debent accipi differentiis positionis in celo per primā conclusionē. et quia iste quatuor. differentiis positionis dextrū et sinistrū: ante et retro accipiuntur secundum quatuor puncta de illis sex punctis per pcedentes conclusiones: sequitur quod sursum et deorsum debent sumi secundum alia duo puncta. et haec sunt poli. igitur et cetera. **Secundo arguitur ad idē rōnibus Aristotelis.** in nobis secundum partes magis distinctas capiuntur sursum et deorsum sicut patet de se. ergo etiā in celo dicte due differentiis debent capi secundum partes in celo magis distinctas: sed hec videtur esse duo poli. quod probatur ex hoc quod scōz distinctionē illarū adinuicem accipiuntur distinctio hemispheriorū. ex eo quod ipsi sunt ille partes celi que non mutantur sitū ad nos. **Tertio iter sursum et deorsum sunt partes que vocantur partes laterales.** modo partes celi que sunt iter duos polos vocamus partes laterales. ex quo tanquam a signo concluditur polos vnus esse sursum et alter deorsum. **Quarto Aristoteles.** in libro de animalibus dicit. quod si nos imaginemur quod animal puta homo. super pedes sinistrū fixum. moueretur circulariter incipiendo motū a pede dextro. donec per pedem dextrū compleret vnā circulationē. tunc axis in illo motu imaginaretur a sursum ad deorsum. et ideo etiā in celo debent esse sursum et deorsum ille partes secundum quas axis imaginatur: et ille sunt poli mundi.

**Ad rationes** ad primā bene concedo quod ex nulla distantia in celo debet poni longitudo celi propter lineā esse longiorē: sed scōz proportionē ad animalis distantia de polo ad poli potest dici longitudo. quia proportionaliter distantie quae est in animalis de sursum ad deorsum que est longitudo animalis. et est illa proportio que iam assignabatur. quod in motu circulari hominis imaginatur axis de sursum ad deorsum. et ideo quia in celo vnus polos dicitur sursum et alter deorsum. id est distantia iter eos potest vocari longitudo. **Ad secundam dico quod quāda est longitudo motus celi quāda est longitudo quantitatatis celi.** sic sicut modo dico de latitudine. Tunc ad propositū dico. quod secundum processum de polo ad poli bene attenditur longitudo quantitatatis celi: cum quo stat quod penes eundem processum attenditur latitudo motus celi: sed scōz processum ab oriente in occidentē attenditur latitudo quantitatatis celi. cum quo stat quod penes eundem processum attenditur longitudo motus celi. Ex quo patet quomodo possunt recordari modi loquendi. scilicet Aristoteles. et astrologorū. **Ad tertiam dico quod licet scōz apparentia in animalis sursum magis sit principium motus sensationis. quod patet de animalis. quia in capite quod dicitur sursum apparet maxime**

organa sensuum exteriorū requisitorū ad motū. tamen secundum veritatē principale principium motus et sensus in animalis non est sursum neque deorsum. sed in intermedio sicut in corde. sicut dicit Aristoteles. in libro de morte et vita. tamen illud nihil facit ad propositū de celo. ex hoc quod celum non mouetur per sensum. **Ad ultimā potest negari animus.** imo cor quod est principium motus in homine videtur esse pars nobilior. et ideo etiā in celo dextrū vel ante videtur esse pars nobilior. dextrū quidem. quia ab ipso incipit motus. Aliter posset dici negando animam. dicens quod non est simile quantum ad hoc de homine et de celo. quia differentiis positionis in homine capiuntur secundum quod deseruiunt motui nutritionis augmentationis. et sensationis. secundum quos non accipiuntur dicte differentiis in celo. ex eo quod tales motus non reperiuntur in eo. Sequitur alia questio.

**Polos autem qui quidem supernos apparet quod deorsum pars est. qui autem nobis immanifestus que sursum etc. Textus octauus decimiquartus.**

Questio.

III.



**Tertium** propositum erat. ut videlicet polus arcticus. scilicet polus nobis apparet sit deorsum. et alter. scilicet antarcticus sursum. **Et arguitur.** primo quod neuter eorum debeat magis dici sursum vel deorsum quam alter. nam si sic hoc videretur esse propter quasdam virtutes. et proprietates celi reatas in vno et non in alio. et e converso. sed hoc est falsum. anima videtur tenere. per hoc quod sic accipiuntur sursum et deorsum in nobis. falsitas consequentis tenet. ex hoc quod nulla videtur esse differentia quantum ad polos: nisi quod vnus terminat axē ex vna parte: et alter ab alia. circa quē voluit celus. igitur etc. **Secundo polus noster.** scilicet arcticus est nobilior quam alter polus. ergo polus noster debet dici sursum. et alter deorsum. consequentia videtur tenere ex hoc quod semper sursum est mobilius quam deorsum. animus probatur. primo quia terra habitabilis est magis sita versus polus arcticū quam versus polus antarcticū. quod non videtur esse nisi propter maiorem nobilitatē et virtutes ipsius. **Secundo confirmatur hoc.** quia si non esset differentia ex parte celi vel terre. sed solū ad nos. cuius oppositū nondū est probatum per precedentia. nos deberemus dicere polus arcticū esse sursum. quia est eleuatus super nostrū hemispherium. et alter deorsum. quia est depressus sub nostro hemispherio.

**Oppositum** vult Aristoteles. in littera. et ad hoc determinandum et procedendum commentator ponit talē imaginationē de homine vocato atlas. unde imaginatur de eo quod sit ita magnus homo quod est mirabile. habens caput in polo antarctico. et pedes in polo nostro scilicet arctico. huius faciem suam versus partē celi nobis meridionalē. et culū versus partē oppositā parti meridionali. habens dextrā manū in oriente. et sinistrā in occidentē. ac si cōtinue cum manu dextra volueret celus circa se per ante versus sinistrum. modo sicut in illo homine caput dicitur sursum. et pedes deorsum. ita in celo alter polus. scilicet polus antarcticus dicitur sursum. et polus noster dicitur deorsum. et ita proportionaliter dicatur de alijs differentiis positionis in celo.

**Beista** questione sit prima conclusio. non apparet ex parte motus celi quae magis vnus polos debet dici sursum et alter deorsum. probatur primo. quia non apparet quomodo illi poli differenter faciant vel deseruiant ad motū celi. nam sicut vnus est terminus axis circa quē fit motus. ita alter. **Secundo.** nam non magis motus celi est ad vnus eorum quam ad aliū. **Tertio** nec intelligentia mouens. simplex et indiuisibilis existens est magis in vno polo quam in alio. **Secunda conclusio.** propter motum sensus vel nutritionis non debet dici vnus polus magis sursum quam alter. patet ex eo quod tales motus non inueniuntur in celo. unde celus nec nutritur nec sentit.

verum est tamen qd si consideremus ad motum nutritiois. bene differunt sursum & deorsum in animalibus & plantis. qz illa pars in illis dicitur sursum per qua sumit alimentum. & pars illi opposita dicitur deorsum per qua eicit alimentum. sicut dicitur Aristoteles in de morte & vita: sed celum sicut clava est non indiget talibus partibus. Si etiam consideramus quantum ad motum sensationis. bene sursum & deorsum distinguuntur in animalibus in ordine ad illum motum: sed non in celo. unde in animali dicimus illam partem esse sursum ubi est maior congregatio organorum requiritorum ad sensationem. sed illam dicimus deorsum ubi minor. tales autem partes non sunt in celo. nec celum talibus indiget. ex eo quod sicut dicitur omni est pars ipsius non sentit. **Tertia conclusio** est ista. propter nobilitatem partium celi unus polus debet dici sursum & alter deorsum. & hoc si dicte sex differentie positionis distinguantur in celo naturaliter. probatur. nam in quocumque corpore dicte sex differentie distinguuntur naturaliter. & non solum respectu sursum dicitur nobilior pars. & deorsum minus nobilis pars. sicut patet in homine. **Quarta conclusio**. polus nobis occultus. sicut est polus antarcticus debet dici sursum. & polus arcticus deorsum. probatur. nam inter partes quarum una dicitur sursum & alia deorsum & hoc naturaliter & non respectu. solum nobilior pars debet dici sursum per precedentem conclusionem: sed circa polum nobis occultum est nobilior pars celi: quia circa polum nobis manifestum dicitur enim ab aliquibus astrologis quod ibi sunt nobiliores stelle. quia hic circa polum nobis apparentem. & maiores in magnitudine & influentia. & illud intelligendum est de polis primi mobilis

**Ad rationes** Ad primam nego quod non sit alia differentia inter polos quam quod unus terminat aere mundi ab una parte & alter ab alia. immo est alia secundum quod iam dicebatur. **Ad secundam**. terra habitabilis magis declinat ad polum arcticum: admitto: & quando dicebatur. sed terra habitabilis debet esse versa versus nobiliores partem celi. breuiter dico quod in celo totali duo sunt consideranda. scilicet orbis planetarum. & primum mobile. **Uterius** dico quod aliter est sursum & deorsum assignandum quantum ad orbis planetarum. & aliter quantum ad primum mobile. secundum quod diffusius declarabo in sequenti questione. **Modo** dico quod non oportet terram habitabilem esse versam versus nobiliores partem primi mobilis sed sufficit ipsam esse versam versus nobiliores partem orbium planetarum. **Ad tertiam** dico. quod bene verum est secundum vulgares loquendo & ad nos considerando quod polus arcticus dicitur sursum. & antarcticus deorsum. nihilominus considerando dictas differentias quantum ad nobilitatem partium dicendum est econtrario. Et sic est finis.

**Est autem celus animatum & habet motum principium. Manifestum quoque noniam habet sursum & deorsum & dextrum & sinistrum etc.** Textu commentarii tertij decimi. **Questio III.**



**Quartum** propositum erat ut dicte differentie positionis reperiantur in celo ex natura rei. vel solum in habitudine ad nos. scilicet sursum & deorsum. ante & retro. dextrum & sinistrum. & arguitur primo quod non. quia celum est sphericum. ideo ex natura celi una pars non debet dici magis sursum quam alia. nec magis dextra quam alia. **Secundo** quia sursum & deorsum differunt specie. similiter dextrum & sinistrum. & sic de aliis. ergo si dicte differentie in celo reperirentur ex natura rei tales partes celi differerent ab invicem specie. quarum una esset sursum & alia deorsum. vel quarum una esset dextra & alia sinistra. quod est contra commentatorem in isto secundo. **Tertio**. nam si sic cum orientes dicantur dextrum. & occidentes sinistrum. ubique in celo esset dextrum & similiter sinistrum. quod ubique est orientes respectu aliquorum. & similiter ubique est occidentes respectu aliquorum. ubi. n. nobis est orientes ibi aliis est occidentes. quando. n. sol nobis oritur aliquibus aliis sol occidit. & sic ad bucydides quod

in ordine ad nos dicte differentie in celo reperiantur. **Quarto** quia celum continue movetur. ergo si illa pars que est in oriente nunc est dextra. quia ipsa post erit in occidente ipsa erit sinistra. & ita potest argui de ante & retro. **Quinto**. primum orientes terre habitabilis. & ultimum occidentes eiusdem non opponuntur diametraliter. imo sunt loca valde propinqua. ut dicit commentator in fine huius secundi. ergo non sunt extrema latitudinis celi: quod tamen deberet esse: si una esset dextra et alia sinistra. ex eo quod in corpore puta in homine ubi ex natura illius corporis inveniuntur dextrum & sinistrum: ipsa sunt extrema latitudinis illius corporis.

**Quantum** ad primum. sciendum est quod dicitur est iter motum regulariter et uniformiter. nam uniformitas motus attenditur quantum ad partes mobilis. ita quod ille motus dicitur uniformis quo mouetur aliquod mobile. cuius una pars mouetur ita velociter sicut alia. sicut si lapis aliquis descenderet. non obstante quod ille motus in fine esset velocior quam in principio. tamen diceretur uniformis secundum propriam significationem vocabuli. ex eo quod una medietas illius lapidis descenderet ita velocius sicut alia. Motus autem dicitur difformis cuius una pars mouetur velocius et alia tardius. sicut esset motus rote. partes enim eius circa axem non mouentur ita velociter sicut partes circa circumferentiam. licet bene ille partes eque velociter circueant. Et ideo non est inconueniens aliquem motum esse motum difformem. et tamen esse circulationem uniformem. Penes enim aliud attenditur velocitas motus. et penes aliud velocitas circuitiois. vnde illi motus dicuntur esse eque veloces. quibus in equalibus partibus temporis equalia spacia linearia pertranseunt. Sed ille circuitioes dicuntur esse eque veloces. quibus ipsa corpora circueant in equalibus partibus temporis equaliter describunt angulos circa centrum quod circueunt. Regularitas autem motus attenditur ex parte temporis. ita quod motus ille dicitur regularis quando ipsum mobile mouetur eque velociter in una parte temporis sicut in alia. scilicet ille motus dicitur irregularis quo mouetur aliquod mobile quod in una parte mouetur velocius et in alia tardius. Verumtamen sciendum est quod aliqui distinguunt de uniformitate motus. dicentes quod potest attendi vel ex parte partium mobilis. vel ex parte partium temporis. Uniformitas primo modo dicta est omnino eadem cum uniformitate distincta contra regularitatem. sed uniformitas secundo modo dicta est eadem cum regularitate. Sed illi non videntur ita proprie uniformitate sicut nos vtimur secundum dictas descriptiones. Ulterius sciendum est quod non est inconueniens aliquem motum esse uniformem. et non esse regularem patet de motu grauis deorsum in medio uniformi. quod mouetur uniformiter. quia una eius pars mouetur ita velociter sicut alia. et tamen non mouetur regulariter. quia mouetur in fine velocius quam in principio. Similiter non est inconueniens aliquem motum esse regularem. et tamen non esse uniformem. patet de rota que in equalibus partibus temporis equalia spacia describeret. talis enim motus rote esset regularis non tamen uniformis. postquam partes illius rote centrales non mouerentur ita velociter sicut partes circumferentiales. Similiter sciendum est tertio. non esse inconueniens aliquem motum simul esse uniformem et regularem. sicut si aliquod graue descenderet in aliquo medio sic proportionato ex parte resistentie. quod illud graue in equalibus partibus temporis equalia pertranfereat spacia. tunc enim motus illius grauis esset uniformis et regularis simul. Ulterius sciendum est quod in celo motus potest dici simplex. vel oppositus. et vocatur motus circularis simplex. quia est vnus mobilis continui. et super eosdem polos. et ab vno motore circumscripso omni motu. preterquam super illos polos. Sed motus compositus dicitur resultans ex aggregatioe plurium motuum simplicium in eodem mobili super diuersos polos a diuersis motoribus. Et iste motus compositus in ipsis planetis est ille qui nobis apparet. Simples autem non apparent nobis disti-

cti abinuicem nisi per ratiocinationem. Ista notata valent nobis ad tertium articulum huius questionis in quo respondetur ad quesitum.

**Quantum** ad secundum. sciendum est quod quidam antiquorum erant talis opinionis quod terra moueretur ab occidente in orientem. complendo in die naturali unam circulationem: et quod celum quiesceret. et per hoc crediderunt posse saluare apparentiam illam que nos saluamus ex motu celi. sicut quod sol aliquando est nobis in oriente. aliquando in medio celi: aliquando in occidente. aliquando in angulo noctis. credentes terram se habere sicut assaturam. et solē sicut ignem assantem. modo sicut ignis non mouetur circa assaturam. sed assatura mouetur circa ignem. ita dixerunt soles non moueri circa terram. sed magis terram circa solē. propter hoc quod terra indiget sole. et non e converso. Quantum ad opiniones istam pono aliquas conclusiones. quarum prima sit ista. quod terra non mouetur ab occidente in orientem motu diurno. nec e converso. probatur. nam si sic sequeretur quod esset difficilius ire contra occidentem quam contra orientem. quod est contra experientiam. probatur contra. nam ex quo terra mouetur ab occidente versus orientem. et aer cum ea simul. tunc qui ambularet contra occidentem haberet aerem contra se motum. qui autem contra orientem moueretur cum aere moto: scilicet difficilius esset moueri contra aerem motum quam cum aere moto. Secundo similiter sequeretur propter eandem causam quod difficilius esset periclitari lapidem contra occidentem quam contra orientem. Tertio sequeretur. quod aues non possent bene volare contra orientem. quia aer insequens tantum eleuaret penas earum quod non possent bene volare. vnde videmus quod aues non volant cum vento: sed contra ventum. Quarto sequitur. quod pietum directe sursum non e converso caderet ad locum a quo incepit moueri. quod est falsum. contra tenet. nam iterum quod graue periclitaretur sursum terra ulterius moueretur: et sic in descendo directe non caderet super partem terre sibi suppositam tunc cum incepit moueri. Secunda conclusio. si terra sic moueretur ab occidente in orientem. bene possemus ex hoc saluare aliquam que nobis apparet ex motu celi: sicut ortum et occasum solis et stellarum. patet hoc. nam sicut iam sol nobis in termino nostri orientis existens continue ascendit plus et plus super nostrum orientem usque ad medium celi. et tunc ad occidentem: et tunc ad angulum noctis mouetur. ita si sol quiesceret et terra moueretur ab occidente versus orientem. et nos una cum ea. sol continue magis nobis. et magis eleuaretur tandem quod appareret in medio celi. et tunc per ulteriore motum celi appareret nobis declinare ad occidentem. et sic tandem iterum appareret nobis in oriente. Tertia conclusio. non omnia apparentia in celo possent saluari per quietem celi. et talem motum diurnum terre. Probatur. nam per quietem celi et motum talem diurnum terre non possent saluari oppositioes. et coniunctiones planetarum. et distantie eorum aliquando maiores. et aliquando minores a stellis fixis: vnde ad saluandum ista oportet ponere celum moueri. Quarta conclusio. celum continue circulariter mouetur ab oriente ad occidentem per meridiem. redeundo ad orientem per angulum noctis. probatur per duo signa. primum est. nos videmus quod stelle que primo apparent in ortu postea apparent in occasu: scilicet hoc non potest saluari per motum terre diurnum sicut dixit prima conclusio. ergo oportet quod hoc saluetur per motum celi: vel per motum stellarum in celo quiescente celo. si dicatur primum habeo oppositum. si dicatur secundum hoc non potest esse. nam tunc celum esset scissibile et diuisibile. scilicet hoc est falsum. nam tunc esset corruptibile. quod est contra determinata primo huius. Quia tenet ex eo quod stelle mouerentur in ipso ipse scindendo. sicut pisces mouentur in aqua diuidendo aquam.

**Quantum** ad tertium articulum sit prima conclusio ista. quod motus ipsius celi non est uniformis. probatur ex eo quod non omnes partes celi mouentur eque velociter. partes enim celi circa equinoctialem mouentur velocius quam partes celi circa polos. ex eo quod in equalibus partibus temporis maius spacium lineale describunt. puta maiorem circumferentiam cir-

ca axem mundi. consequentia tenet per diffinitionē motus vniformis. **¶** Scōda conclusio. nullus motus simplex in celo est irregularis. ita q̄ nec celū. nec aliqd̄ astz. nec aliqua ps celi mouet̄ velocius in vno tempore q̄ alio. ⁊ hoc motu simplici. s. circūscriptis alyis motibus. Et hoc pbat Aristō. sic. p̄mo q̄ ois motus qui aliquādo est velocior aliquādo tardior: vel ille est velocior in p̄ncipio sicut est motus violētus. vel ille est velocior in fine sicut est motus nālis grauiū ⁊ leuiū. vel est velocior in medio sicut est motus aīalis. sed motus celi nec est velocior in p̄ncipio nec in fine nec in medio. cū nec habeat p̄ncipiū neq̄ finē neq̄ mediū. p̄pter sui eternitatē ⁊ celi sphericitatē in quo nec est assignare p̄ncipiū neq̄ finē neq̄ medium. **¶** Scōdo q̄ irregularitas motus nō pōt venire nisi p̄pter mutationē mobilis aut motoris. mō mobile puta celū est ialterabile. Similr̄ motor mouēs celū est imutabilis sicut itelligentia. ergo nō est vnde pōt velocitas celi variari. **¶** Tertio. si motus celi nō eēt regularis. sed irregularis. s. aliquādo velocior. ⁊ aliquādo tardior. vel ergo veniret continue retardādo. ⁊ tūc si hoc eēt p̄portionaliter iā gesceret. ex eo q̄ ab eterno venisset retardādo. vel continue velocitādo. ⁊ tūc si hoc eēt p̄portionaliter iam moueret subito. eo q̄ ab eterno fuisset velocitatū plus ⁊ plus. Si aut̄ dicat̄ q̄ venisset retardādo ⁊ velocitādo alternatim. hoc mō potest esse ex eo q̄ motor mouens ipsum est imutabilis. Ex ista conclusio patet respōsio ad q̄stionē. **¶** Tertia conclusio. motus celi simplex est circulatio vniformis. nō obstāte q̄ nō est motus vniformis quēadmodū dicit p̄ma conclusio huius articuli. Probat̄: nā ex quo motus celi simplex est regularis. tūc partes eius ī equalibus partibus tēporis. equales describūt angulos circa axē mundi. ⁊ hoc sufficit ad hoc q̄ aliq̄s motus sit vniformis. **¶** Quarta conclusio. motus in celo vel in aliqua parte eius cōpositus ex pluribus pōt eē irregularis. patet hoc de motibus planetaz. qui aliquando mouēt̄ velocius. aliquando tardius per aggregationē plurius motuū in suis orbibus in tantū q̄ astrologi sicut arguebat̄ ante oppositū dicūt eos esse aliquando retrogrados. aliquando stadiarios. aliquando directos. aliquando p̄cessiuos.

**Ad rationes** ad p̄mā. nego q̄ terra mouet̄ ab oriēte in occidentem. ⁊ quādo dicebatur de igne ⁊ aere sup̄ altissimos mōtes. bene cōcedo q̄ moueāt̄ vna cū celo ab oriēte in occidentē. q̄ sunt ita p̄pe celum q̄ virtute influentie celestis possunt sic moueri. sed hoc nō oportet de terra p̄pter magnā eius distantiaz a celo. **¶** Ad scōdaz dico q̄ sepe p̄us dixi. q̄ motus totius celi vel celi vltimi nō est localis. ex quo vltimū celus nō est in loco. bene tūc est eiusdē sp̄ci cum motu locali. ⁊ Auicena vocat talē motū secundū sitū ⁊ nō secundū locū. **¶** Ad tertiā. illa bene pbat q̄ celū nō mouet̄ motu recto. cum quo bene stat q̄ mouet̄ motu circulari. nec est iconueniēs aliquid moueri motu circulari ⁊ continue secundū se totū cathegoremāte non mutare locū: sed sufficit q̄ mutet locū scōz suas partes. vel mutaret si esset in loco. **¶** Et quādo dicebat̄ videt̄ q̄ celū adhuc si esset in loco nō mutaret locū scōz suas medietates. quaz vna est ex vna parte egnocialis: ⁊ alia ex alia. hoc p̄ceditur. q̄ secundū talē diuisionē eius in partes nō mutaret locum cum quo tamē stat q̄ mutaret locū s̄m partes ei⁹ assignatas s̄m aliā diuisionem. vt si imaginaremur celū diuidi s̄z coluros. tūc nō est dubiū q̄n celū mutaret locum scōz tales partes. ⁊ hoc si celū esset in loco. finalr̄ ergo dico nō esse iconueniens aliqd̄ mobile mutare locū scōm partes assignatas s̄m aliā diuisionē. sic ergo solute sunt rōnes in q̄bus reprobat̄ur suppositū in questioe.

**Deinde** respōdeatur ad rōnes factas ad questionez. **¶** Ad primā dico q̄ nō ois omnē motū naturalem in fine eē velociorē. sed solū hoc eē vez de motu nāli

locali recto. gratia cui⁹ tractabo septimū p̄positorū. **¶** Ad scōdam. illa bene pbat q̄ motus celi nō est vniformis. cum quo bene stat q̄ est regularis. **¶** Ad tertiā illa vadit p̄ vltima cōclusionē scōdi articuli. Et sic soluta est questio.

**¶** Neq̄ veloci⁹ vtiq̄ in fine ferret̄ si vi ⁊ extrusione. omnia enim a vim inferēte longius facta tardius ferunt̄. ⁊ vnde vi illuc feruntur non vtiq̄ eē primo celi. Textu p̄meti octuagesimi noni.

Questio XIII.



**S**eptimum p̄positorū erat. q̄d dixi esse icidentale. vtrūq̄ ois motus nālis sit velocior in fine q̄ in p̄ncipio. Uidet̄ primo q̄ nō. quia motus celi est motus regularis per p̄cedentē questionem. ergo nō est velocior in fine q̄ in p̄ncipio. ⁊ tamē est mor⁹ naturalis. q̄ nec vio-

lentus nec p̄ter naturā. ⁊ etiā quia est a p̄ncipio intrinseco. ergo nō ois motus naturalis est in fine velocior q̄ in p̄ncipio. **¶** Scōdo. q̄ augmētatio est motus nālis: ⁊ tamen non ois q̄ in fine sit velocior q̄ in p̄ncipio. imo vt plurimū accidit oppositū. q̄ sit motus nālis. p̄ per Aristotelez in p̄mo de generatiōe. ⁊ in scōdo de aīa. **¶** Similr̄ arguitur de alteratione. nā multe sunt alterationes naturales que in fine nō sunt velociores. **¶** Tertio. nā sit vnū mixtū habēs duas libras de igne. ⁊ duas de aere. duas de aqua. octo de terra. ⁊ sit in cōcauo orbis lune. tale mixtū descēdendo cōtinue tardatur in suo motu. ex eo q̄ cōtinue resistentia auget̄. ⁊ potētia motiua diminuitur. p̄ hoc ex eo. nā dum tale mixtū est in cōcauo orbis lune. trahūt taz terra q̄ aqua q̄ aer deorsum. Sed quando hoc p̄tingit ad aerem: aer non plus trahit deorsum: sed tunc solū trahunt aq̄ ⁊ terra. q̄ aer in sphaera aeris nō trahat p̄z. q̄ elemēta appetunt manere in suis locis: ⁊ nō iclinantur ad esse extra ea. q̄n aut̄ dictū mixtū p̄tingit ad aquā. iam aer icipit resistere cū igne. nec aq̄ plus trahit deorsum. ex quo est in loco suo. sed solū terra. Ex hoc p̄z quomō in dicto casu potētia motiua continue fit mior. ⁊ resistentia maior. ⁊ per oīs sequitur q̄ dicti mixti motus nālis. s. descensus nō sit in fine velocior. imo tardior q̄ in p̄ncipio. **¶** Quarto. nā si graue in descēdendo moueret̄ veloci⁹ in fine q̄ in p̄ncipio. hoc videt̄ esse p̄pter aliqd̄ sibi acquisitum in descēdendo: q̄d iuuaret potētiā intrinsecā motiuam illius grauis ad mouendū illud graue veloci⁹ in fine q̄ in p̄ncipio. Tunc pono q̄ illud graue descendat in medio difformi. sic q̄ mediū iferi⁹ sit maioris resistentie in tāto in q̄to potētia motiua intrinseca illi⁹ grauis pōt iuuari a tali extrinseco per talē motū sibi acq̄sito. ⁊ tūc saltē illud graue mouebitur in illo medio. sic q̄ nō mouebitur ī fine velocius q̄ in p̄ncipio. **¶** Quinto. sit vnū graue sicut q̄tuor ī potētia. q̄d debeat descēdere per aliqd̄ mediū vt duo in resistentia. tunc vt q̄ illud graue per illd̄ mediū moueat̄ ita velociter in fine sicut in p̄ncipio. ex eo q̄ ois videtur esse cōsimilis p̄portio potētie mouētis ad resistentiā in fine qualis erat in p̄ncipio. nam cōtinue videt̄ manere p̄portio potētie mouētis ad resistentiam. sicut q̄tuor ad duo. **¶** Sexto. si ois motus nālis esset in fine velocior q̄ in p̄ncipio. tunc nullus videretur eē regularis mor⁹. q̄d est falsus. p̄batur cōsequentia. quia ois motus videt̄ esse nālis. violentus. vel animalis. modo motus violētus nō est regularis. q̄ est in p̄ncipio velocior. similiter motus aīalis nō videtur esse regularis. q̄ est in medio velocior. si ergo ois motus naturalis eēt in fine velocior q̄ in p̄ncipio: etiā nullus motus naturalis eēt regularis. ⁊ sic simplr̄ nullus motus esset regularis. q̄ nec violētus. nec animalis. nec nālis. **¶** Septimo. si sic sequeretur. q̄ si aliquod graue distaret a centro terre distātia ifinita. q̄ in descēdendo versus centrum moueretur velocitate ifinita anteq̄



rangeret centrum. sed hoc est falsum. consequentia videtur tenere ex eo qd motus nalis sic continue itendit plus et plus versus finem. falsitas autem patet. nam tunc sequeretur. qd tale graue hret virtute infinita. ¶ Octavo quando motus naturalis non est. ipse non est velocior qm in principio: sed motus naturalis in fine non est. ergo tunc non est velocior qm erat in principio. tota ratio clara est.

**Oppositum** vult Aristoteles. et probatur ratione. nam graue descendens in fine fortius ledit qm in principio. qd non esset nisi in fine velocius moueret qm in principio. assumptum patet. nam si aliquis lapis descenderet de alto. et aliquis reciperet illum lapidem prope initium casus non lederet recipientem: sed si reciperet talem lapidem per magnas distantias ab initio casus illius lapidis multum lederet recipientem. qd non esset nisi talis lapis in descendendo continue itenderet suum motum. ¶ In ista questione primo erunt ponende distinctioes. Secundo opinioniones de causis velocitatis motus naturalis in fine cum suis probationibus. Tertio conclusiones responsales ad quesitum cum vna causa velocitatis motus naturalis in fine: cum quibusdam dubijs contra illas causas. et solutionibus illorum.

**Quantum** ad primum sit prima distinctio. motum naturalium. alius est localis. alius est alterationis. alius est augmentationis vel diminutionis. ¶ Secunda distinctio. motum localium naturalium quidam sunt recti quidam circulares. modo questio proposita intelligitur de motu locali naturali recto duntaxat. ¶ Tertia distinctio. motus naturales intendi in fine potest intelligi dupliciter. vno modo proprie accipiendo ly in fine. scilicet quando talis motus desinit esse. et sic motus naturalis non intenditur in fine. patet hoc. quia tunc ipse non est. quia cum motus naturalis desinit esse. tunc non est et immediate ante erat. Alio modo capiuntur in fine. hoc est versus finem. et sic capitur in proposito. ¶ Quarta distinctio. motum intendi potest intelligi dupliciter. vno modo per duplicem: triplicem: quadruplum. et sic ultra. Alio modo quod primo sit aliquatus. et secundo addatur sibi aliquis gradus velocitatis. et tertio medietas illius gradus velocitatis. et quarto quarta pars illius gradus velocitatis. et sic ultra.

¶ Tunc sit prima conclusio. si motus itenderetur primo modo. fieret infinitus. probatur ex quo primo esset aliquatus. et deinde in duplo velocior. et deinde in triplo. et deinde in quadruplo et sic ultra. ¶ Secunda conclusio. si itenderetur secundo modo non oporteret ipsum fieri infinitum. imo in casu posset in infinitum itendi. et adhuc nunquam fieri triplicem ad se ipsum recte in simili. sicut si esset aliquod lignum pedale. et adderet sibi primo medietas semipedalis. et deinde medietas residui de semipedali. et deinde iterum medietas residui. et sic in infinitum. illud lignum quod primo erat pedale in infinitum augeret secundum infinitas partes proportionales ligni semipedalis sibi addendas. et tamen non propter hoc illud lignum pedale. sic auctum fieret duplicem vel triplicem ad se. imo si totale lignum semipedale esset sibi additum aggregatum ex preexistente et addito non esset duplicem ad preexistens. imo solum sexquialter. sic in proposito esset dicendum de intentione motus secundo modo dicta. ¶ Tertia conclusio. motus naturalis in fine hoc est eundem versus finem non statim quando incipit et vadit versus finem intenditur secundo modo patet hoc. nam aliter graue non moueretur velocitate infinita antequam veniret ad centrum: si distaret distantia infinita: cuius oppositum dicit Aristoteles. ¶ Sed sciendum est quod motus naturalis non intenditur per duplicem triplicem etc. sic quod in prima parte proportionali hore sit aliquatus. et quod in secunda parte proportionali hore sit in duplo velocior. et sic ultra. nec etiam sic quod quando est pransita prima pars proportionalis spacy puta prima medietas. quod tunc sit aliquatus. et quando secunda pars proportionalis spacy sit pransita. quod tunc in duplo sit velocior. et sic ultra. Nam tunc sequeretur quod quilibet motus naturalis qui per quantumcumque tempus paruum duraret. vel quo quantumcumque paruum spaciū pransiret. ad quemcumque gradum velocitatis pringeret ante finem. modo hoc est falsum

quia tenet ex hoc quod talis motus fieret per aliquod tempus in cuius prima parte proportionali esset aliquatus: et in secunda duplus. et sic ultra. et ita arguitur de spacio. Et ideo tertia conclusio intelligitur quod intenditur per duplicem triplicem etc. ad istum intellectum. quod quando ipso pransitu est aliquod spaciū est aliquatus. et quando ipso est pransitum duplicem spaciū est in duplo velocior. et quando ipso pransitum est triplicem spaciū est in triplo velocior. et sic ultra. Et ad istum intellectum vadit auctas Aristoteles de distantia infinita grauis a centro. scilicet quod tale graue moueret velocitate infinita versus finem.

**Quantum** ad secundum articulum premitto primo vnum generale omnibus opinionibus. scilicet quod omnis velocitatis intensio causatur vel ex decremento potentie stante resistentia. vel ex decremento resistentie stante potentia. vel ex ambobus simul. ¶ Tunc est prima opinio de causa velocitatis motus naturalis in fine. qua supponit quod motus calefaciat. modo imaginatur ista opinio quod quando aliquid graue descendit per aerem. calefacit ipsum aerem. et per consequens rarefacit. et sic aer ille rarefactus est facilior divisionis: et minus resistens. et sic statim adest ibi vna causa velocitatis motus. scilicet decrementum resistentie. ¶ Sed ista dicta non sufficiunt. primo quia aer in estate est notabiliter calidior quam in hyeme. et tamen ideo lapis cadens ab equali distantia per aerem in estate et in hyeme non mouetur notabiliter velocius in estate. nec sensibiliter magis ledit quam in hyeme. ¶ Secundo. nam aer non calefit per motum nisi aut moueatur. et diuidatur. et fricetur. et tunc cum antequam sit motus et diuisus resistat graui descendenti resistentia eius non est diminuta per eius calefactionem. ¶ Tertio. homo ita velociter mouet manum suam sicut lapis mouetur versus principium sui motus. quod patet ex eo. quia percussus alterius manu. lederet eum plus quam faceret ille lapis cadens prope principium sui motus. et cum homo sic mouendo aerem non calefaceret aerem sensibiliter. quia utique perciperet calefactionem. ergo similiter ille lapis saltim circa principium casus non ita sensibiliter calefacit aerem. quod ex hoc deberet apparere tanta et ita manifesta velocitatio. ¶ Secunda opinio imaginatur quod locus naturalis est tanquam finis appetitur a corpore quod naturaliter mouetur ad ipsum. et ideo quanto mobile per suum motum propinquius efficitur suo loco naturali tanto intensius et cum maiori conatu mouet se ad suum locum. et propter hoc in fine mouetur velocius quam in principio. ad similitudinem hominis boni qui quanto efficitur melior tanto cum maiori conatu nititur ad felicitatem seu ad vitam contemplatiuam que est finis hominis. ¶ Sed breuiter illud non valet. quia cum appetitus sit ratione carentie. corpus naturale plus distans a suo loco naturali plus deberet appetere suum locum naturalem. et sic magis in principio velocius deberet moueri quam in fine. ¶ Secundo. nam incipiat aliquis lapis cadere de alto loco versus ad terram. et alter lapis similis incipiat cadere de basso loco versus ad terram. tunc isti lapides qui essent ad spaciū pedale prope terram deberent eque velociter moueri. quod tamen est falsum. nam ille qui diutius est motus velocius mouetur. Probatio tamen. nam secundum dictam opinionem. tunc isti lapides cum sint consilites in gravitate et equaliter distantes a loco eorum naturali equaliter haberent appetitum eundem in suis locis naturalibus. et cum talis appetitus sit causa velocitatis motus patet quod dicit opinio. utique tunc isti lapides deberent eque velociter ulterius descendere. ¶ Tertio. nam tunc difficilius esset leuare vnum lapidem prope terram quam eundem magis distantem a terra. hoc est falsum. quia probatur ex eo quod dicta opinio imaginatur graue maiorem habere appetitum et inclinationem essendi in suo loco naturali quando est prope suum locum naturalem quam quando est magis distans. ¶ Quarto. si a valde alto descendat lapis per spaciū decem pedum. et ibi inuenies obstaculum gestat. et lapis consilites de basso etiam descendat per spaciū decem pedum ad terram. vnus illorum motuum non percipitur velocior quam alter: licet vnus illorum sit propinquior suo loco naturali quam alter. ¶ Concludo ergo quod non ex maiori propinguitate ad locum naturale sunt motus grauium et leuium naturales velociores. propter hoc quod tunc talia corpora sunt propingua suo fini et plus appe

sentia illuz finem. nec est simile de istis corporibus natura-  
libus nō cognitiuis sui finis. et de hoīe tendēte ad felicitatē  
q̄ sui finis est cognitiuus. ¶ Tertia opinio imaginat q̄ in  
loco nāli est quedā virtus alteratiua vel attractiua locati. et  
q̄ illa fortius trahit de ppe q̄ de longe. et q̄ propter hoc cor-  
pus nāle velocius mouet in fine cū est ppinquius suo loco  
nāli q̄ mouebatur in pncipio cuius erat a suo loco nāli remo-  
tius. ¶ Cōtra istā opinionē potest argui tribus vltimis rō-  
nibus q̄bus arguebat cōtra opinionē precedentē. ¶ Et vl-  
tra hoc pōt cōtra ipsam argui pmo sic. si hoc esset verū seque-  
retur q̄ mot⁹ corporū naturalū ad sua loca nō esset natura-  
lis sed violētus. hoc est falsū. nō tenet. ex eo q̄ per dictam  
opinionē entia nālia traherent ad sua loca nālia per virtu-  
tem existentē in ipso loco. mō tractus est quidā motus vio-  
lentus. ¶ Scōdo. sequit q̄ grauiora tardi⁹ mouerent deor-  
sum q̄ minus graua. sed hoc est falsū. nō tenet. nāz gra-  
uiora plus resisterēt virtuti trahēti. ¶ Tercio sequerēt. q̄  
corpora nālia non mouent ad sua loca a quacūq̄ distātia. qd̄  
est cōtra Aristo. pmo huius. pbatur cōsequentia. qz illa vir-  
tus attractiua nō se extēderet ad quacūq̄ distātia recte.  
sicut neq̄ magnes trahit ad se ferrū a quacūque distātia  
pppter determinatā distātia ad quā agit. ita neq̄ virtus at-  
tractiua traheret ad se locatū a quacūq̄ distātia. et per nōs  
ipsuz locatū nō a quacūq̄ distātia mouerēt ad suū locum.  
¶ Quarto. sequeretur q̄ non a quacūque distātia a suo loco  
naturali ipsuz graue iciperet moueri eque velociter ceteris  
paribus: qd̄ est cōtra experientia. nō tenet ex eo q̄ virtus  
attractiua est fortior ppe q̄ longe: ideo si aliqd̄ corpus natu-  
rale iciperet moueri ppe suū locū naturalē. velocius inci-  
peret moueri q̄ si incepisset moueri remotius a suo loco na-  
turali. ¶ Quinta opinio imaginatur q̄ q̄to graue plus de-  
scēdit tāto minus videtur eē de resistētia sub eo. scilicet de  
aere. ergo cū grauitas maneat. et resistētia diminuat: motus  
cōtinue plus et plus velocitatur. ¶ Breuiter contra hoc ar-  
guitur pmo. nam scōm hoc sequerēt q̄ si duo graua cōsilia  
caderēt versus terrā: vnū a loco alto sic q̄ haberet multuz:  
de aere sub se. et aliud de loco basso: sic q̄ modicum haberet  
de aere sub se. q̄ pmo inciperet cadere tardius q̄ secundū.  
hoc est falsū. qz eē velociter iciperet cadere deorsum. qz p-  
pe pncipia suozū motū eque fortiter lederēt impediētes.  
¶ Sequētia tenet per sic opinātes. ¶ Scōdo. qz non est veruz  
q̄ ille minor aer in p̄dicto casu minus resistat: qz quando la-  
pis est ppe terrā adhuc est tātus aer lateralis sicut si eēt re-  
motior a terra. et iō ita difficile est q̄ aer diuisus cedat. et fu-  
giat lateralr sicut erat quādo lapis erat remotior. et tūc hoc  
eque difficile vel difficilius est quādo lapis est ppe terram  
q̄ aer sub eo cadat in directū. qz terra obuiat que forti⁹ resi-  
stīt q̄ aer. ¶ Tercio. qz graui in descēdēdo vel resistit tot⁹  
aer q̄ est sub ipō vna cū terra. vel aer solus. si dicatur primū  
tūc nullū graue sicut eēt vnus lapis magnus. vel aliqd̄ ta-  
le descēderet. pppter hoc q̄ tūc resistētia esset maior q̄  
potētia motiua illius grauis. si autem dicat q̄ solus aer re-  
sistat. tūc sequerēt q̄ illud graue itenderet motum suū vsq̄  
ad gradū velocitatis ifiniū. ex eo q̄ resistētia talis dimi-  
nueretur vsq̄ ad non gradū. ex eo q̄ illud graue in fine mo-  
tus nō habet aliqd̄ sub se de aere resistēte. ¶ Quinta opi-  
nio vult q̄ talis velocitatio fiat per aerē ifequētē vel aquā  
vel aliqd̄ aliud medium. et imaginat sic q̄ post ipm graue de-  
scēdens ipē aer rarefit ifequendo ipsum graue descēdens.  
ne fiat vacuū ibi vbi erat graue: et q̄ tali pulsu aeris et motu  
iuuat ipm graue et velocitatur in descēdēdo. ¶ Istud nō  
valet. nāz scōm hoc illud qd̄ esset late figure ceteris parib⁹  
magis velocitaretur in descēdēdo. cui⁹ oppositū docet ex-  
perientia. pbatur consequentia. qz plus de aere ifequitur  
ipsuz. ¶ Scōdo. sint due spere equales: vna de plūbo alia de  
ligno. tūc motus spere plūbee cum hoc q̄ est velocior semp

magis velocitatur q̄ motus spere lignee. et tamen equaliter  
de aere ifequitur vtranque. ergo ifequitio talis ipsius ae-  
ris non videtur esse talis velocitatiois causa. ¶ Tercio.  
quia si talis spere descēdens trāseat p foramen: et statim fo-  
ramen recludatur. ita q̄ aer ifequens detineat. non mi-  
nus motus velocitabitur. ideo talem velocitatem non fa-  
cit aer ifequens. ¶ Quarto. nam aer inferius per descen-  
sum grauis condempnatur plus videtur resistere et impedi-  
re velocitatem. q̄ aer superius rarefactus et ifequens vi-  
deatur iuuare. vel saltem tantum. ¶ Quinto. nāz secundū  
talem imaginationem graue in spere ignis minus deberet  
suū motuz intendere. qd̄ tamē est falsum. ¶ Sequētia tenet  
ex hoc q̄ in descensu grauis in spere ignis ipse ignis existēs  
super graue descēdens minus ifequeretur ipsum graue  
descēdens. postq̄ ignis est magis leuis. et nature leuis repu-  
gnat descēdere descensum alicuius grauis ifequendo.  
¶ Sexta opinio premitit sicut in his que scinduntur vbi  
diuisio precedit diuidens. sicut patet in quibusdā lignis cū  
diuiduntur secundum lōgum facilius est cōtinuare diuisio-  
nem q̄ incipere. ita in proposito licet diuisio aeris non pre-  
cedat ipsum graue. quia tūc esset vacuum. tamen propter  
hoc q̄ aer subiectus recedit ad latera fit ibi quedam rare-  
factio. que precedit ipsum graue. et ex hoc cōtinue mouetur  
velocius et facilius. ¶ Sed ista opinio non valet. qz aer di-  
recte sub graui magis condempnatur q̄ rarefiat. et illud pa-  
tet bene in simili. si motus fiat per lutum vel aliquod tale  
cuius cōdempnatio esset sensibilis. ¶ Secundo. nam ex ista  
causa non potest reddi ratio aliquoz apparentium accidē-  
tiū ex descensu grauis. sicut q̄ graue descēdēdo aliquan-  
do reflectitur cum iuenit obstaculū. et similiter cum plūbū  
appēsū corde descēdit ecōuerso reflectitur. horū enī cau-  
se non possunt reddi iuxta predictam opinionem. ¶ Ter-  
tio. nec exemplū eozum de lignis est ad propositum. quia ta-  
lis facilitas diuidendi lignum fit propter poros ordinatos  
in illo ligno secundum longum. et quia non sunt sic ordinati  
ex transuerso. non ita facilius secundum transuersum di-  
uiditur sicut scōm longū. sed sic nō est de aere. cū nō sit cor-  
pus scissibile. sicut patet quarto metheozorum.

**Quantum** ad tertiū articuluū est alia opinio de cau-  
sa velocitatiois motus naturalis in fine.  
et illā approbo. vnde secundum istam opinionem imaginan-  
dum est q̄ ipsum graue in suo motu ad suam grauitatem  
naturalē acquirit sibi quendam impetum seu grauitatem  
accidentalem. que iuuat grauitatem naturalem ad mouen-  
dum ipsum graue velocius. et similiter dicendū est de leui-  
tate. et secundum q̄ ipsum corpus naturale mouetur diuti⁹  
et diutius. fm hoc sibi acquiritur maior et maior impetū. et  
secundum hoc continue mouetur velocius et velocius. nisi  
tamen hoc impediretur per maiorem crescentia ipsius re-  
sistentie q̄ esset impetus sic acquisitus. et imaginandum est  
q̄ sicut ille impetus acquiritur consequenter ad motum.  
ita consequenter minoratur vel deficit ad minorationem.  
vel defectum motus. ¶ Et pro ista opinione experimentū  
habemus tale. q̄ si mola fabri magna vel valde grauis ve-  
lociter moueretur motu versionis: quando cessares eā mo-  
uere. adhuc ipsa diu moueretur. q̄ non videtur esse nisi a  
quodam impetu ab extrinseco sibi acquisito et impresso si-  
bi amouente. tūc vltorius cum cessas mouere illam molā  
cōtinue diminiuitur donec mola cessat a motu. propter hoc  
qz forma naturalis mole illius tendit ad oppositum. Ita  
imaginandum est proportionaliter in proposito de motu  
nāli corporis naturalis ad suū locum. Et forte si ista mola  
sic mota semper duraret sine aliqua diminutione vel alte-  
ratione. et non esset aliqua resistētia corrumpens impetuz  
talem ibi generatū mola ab illo impetu ppetuo mouerēt. et  
sic si placeret possem⁹ imaginari q̄ nō oīz pōere itelligētia

mouentes orbis celestes. Potest enim dici q̄ quando deus  
 creauit speras celestes ipse incepit mouere vnāquāq; eaz  
 sicut voluit. et sic ab ipetu quē dedit eis adhuc mouent. q̄  
 ille ipetus ibi nō corrūp̄ nec diminiuit cū non habeat ibi  
 corrūp̄es. postq̄ mobile nō inclinat ad oppositū. Tūc scdm  
 istā opinionē possent poni r̄clones. ¶ Prima est. q̄ cā ve/  
 locitatōis motus nālis est ipet⁹ acq̄situs ī ipso mobili. q̄ se  
 quēter acq̄rit ad talē motū nālē. pbat̄ in simili de mola/  
 fabri que post amotionē principalis mouentis adhuc mo  
 uet: sed tūc nō videt̄ moueri nisi a quodā tali ipetu sibi ab  
 extrinseco acq̄sito. Scdo pbat̄ hoc a simili de hoīe cur/  
 rēte. qui postq̄ incepit currere et cucurrit bene velociter nō  
 p̄t se bene arestare quādo vult. q̄ non videt̄ eē nisi ppter  
 talē ipetū in ipso acq̄sitū qui adhuc vltērius inclinat ad mo  
 tū. ¶ Scdz istā opinionē possēt reddi cā q̄re graue cū fo/  
 riter descēdit et iuenit resistentiā reflectit̄ versus partem a  
 quāuenit. Unde huius causa est. nā graue in descēsu acq̄rit  
 sibi talē ipetū qui nō subito corrūp̄it. et ideo cū iuenit obsta  
 culū ille ipetus nondū corrūptus inclinans ad motū nō po  
 tēs ipz mouere vltērius deorsum mouet ipm ecōuerso sur  
 sum. tā diu q̄ ille ipetus corrūp̄it. ¶ Juxta illud etiā dice/  
 ret̄ q̄ si terra eēt pforata totalr̄. et p̄ illud foramē descēde/  
 ret vnū graue bñ velociter vsus cēt̄. tūc qm̄ mediū graui  
 tatis illi⁹ corpis descēdētis eēt mediū mūdi illud corpus  
 adhuc vltēri⁹ moueret vsus aliā partē celi ppter ipetū nō  
 dū in ipso corrūptū. et in sic ascēdēdo qm̄ ille ipetus defice/  
 ret illud graue ecōuerso descēderet. et itali descēsu iterūz  
 acq̄reret sibi quēdā parū ipetūz quo itēz moueret vltra  
 cēt̄rū. et illo ipetu corrūpto itēz descēderet. et sic moueret̄  
 circa cēt̄rū titubādo tā diu q̄ nō amplius ī eo eēt talis ipet/  
 us: et tūc quiesceret. ¶ Scda r̄clo. oīs mot⁹ nālis localis  
 q̄ fit ī medio vniformi velocior ē ī fine q̄ ī p̄ncipio. pbat̄.  
 ex eo q̄ resistētia manet eadē p̄ hypothēsīm. cū mediū sit  
 vniforme. et potētia motiua augef̄. s. p̄ ipetū acq̄sitū q̄ ipm  
 iuuat ad motū. p̄ p̄cedentē r̄clonē. ¶ Tertia r̄clo. si aliq̄s  
 mot⁹ alicui⁹ mixti fieret in vacuo: vbi fuit locus nālis ali/  
 cui⁹ elementi talis mot⁹ eēt velocior in fine q̄ in p̄ncipio.  
 p̄batur itēz. q̄ resistētia manēt eadē. s. resistētia intrinse  
 ca potētia motiua intēdit̄ p̄ ipetū q̄ ibi acq̄rit. ¶ 4.º cōclu  
 sio. mediū ī quo fieret mot⁹ p̄t sic disponi q̄ mobile sim  
 plex moueret̄ ī ipso eque velociter p̄cise in fine sicut in p̄n  
 cipio. p̄ hoc si mediū eēt difforme ī resistētia et iferi⁹ plus  
 resisteret q̄ superius ī tāto in quāto possēt iuuare talis ipet/  
 us acq̄situs ad intēssionē velocitatis ipsi⁹ motus. ī tali eni  
 casu motus grauis p̄ totū mediū esset vniformis: et qd̄ plus  
 est: mediū possēt sic disponi q̄ mot⁹ naturalis fact⁹ ī ipso  
 in fine esset tardior q̄ in p̄ncipio. p̄ hoc si mediū iferius  
 esset plus resistēs q̄ superius: in tanto q̄ illa resistētia esset  
 maior q̄tum ad remittēdū motū q̄ esset ipetus acq̄sit⁹  
 q̄tum ad intēdēdū motūz. ¶ 5.º r̄clo. mobile p̄t sic dispo  
 ni q̄ ī fine sui motus naturalis moueret̄ tardius q̄ ī p̄nci  
 pio. istā r̄clusionem sufficiētē probauit tertia ratio facta  
 ante oppositū. Sed verū est q̄ nō totus ille mot⁹ fieret in  
 medio vniformi: sed difforme. ¶ 6.º cōclō. mobile p̄t sic  
 disponi q̄ veloci⁹ moueret̄ in pleno q̄ in vacuo. p̄. nāz sit  
 vnū mobile cōpositū ex duob⁹ gradib⁹ aeris. et q̄ttuoz ter/  
 re: et sit spera ignis plena et totū residuū vacuū. tūc illud mi  
 xtū cū descēderet ī igne resistētē sicut vnū. verbi gr̄a. taz  
 aer q̄ terra traherēt ipsuz deorsum. qm̄ autē illud mixtum  
 veniret ad vacuū vbi p̄us erat nālis locus aque. aer iā in/  
 ciperet resistere terre trahēti deorsū. et sic illud descēderet  
 a p̄portioe q̄ttuoz ad duo in vacuo. vbi p̄us erat loc⁹ nālis  
 aque. qd̄ p̄us in pleno puta in igne descēdebat a p̄portione  
 sex ad vnū. que ē maior q̄ p̄portio q̄ttuoz ad duo. et p̄ hīs  
 illud mixtū velocius descēdebat in pleno vt in igne. quia  
 ex maiori p̄portioe q̄ in vacuo. Ista rō supponit q̄ a corpo

re nāli in vacuo circumscribat̄ appetitus ille gnālis corpoz  
 quo appetūt replere vacuū. Vltēri⁹ supponit q̄ corpora na  
 turalia grauia et leuia appetunt manere in vacuo vbi p̄us  
 fuit loc⁹ nālis talium corpoz. ¶ Juxta istā opionē dubitat̄  
 q̄ talē ipetū. Primo qd̄ generet talē ipetū ī motu nāli ipsi⁹  
 corpozis. Scdo dubitat̄ a quo corrūpat̄ ille ipet⁹. 3.º du  
 bitatur que res sit talis ipetus. ¶ Ad p̄mū dico q̄ talē ipet/  
 um generat forma subalis mobil̄ mediātē motu. ¶ Ad  
 scdm dico q̄ talis ipetus corrūp̄it p̄ absentia r̄seruātis. pu  
 ta mot⁹ et inclinationē ipsi⁹ mobilis ad getē. recte sic lumē  
 in medio corrūp̄it p̄ remotōez et absentia corpis luminosi.  
 ¶ Ad tertiū dico q̄ est qdā qlitas de scda specie qlitatis.  
 ē. n. qdā habilitas et facilitas ad motū. ¶ Deīde dubitat̄ q̄  
 secūdā r̄clonē. nā dicūt auctores de pōderib⁹ q̄ q̄to ali  
 quid plus distat a cēt̄ro tāto ē grauius secūdū sitū. ex quo  
 videt̄ sequi q̄ graue ī p̄ncipio sui mot⁹ quādo multū distat  
 a cēt̄ro veloci⁹ debeat moueri. cū tūc sit grauius. ¶ 2.º gra  
 ue ī descēdēdo continue fit calidius et leui⁹. ex quo mot⁹ cale  
 facit: q̄ continue videt̄ moueri tardi⁹ et tardi⁹. ¶ Ad ista am  
 bo simul dico. q̄ acq̄ritur ibi plus de impetu ī r̄tinuatio/  
 ne mot⁹. q̄ plus facit ad itēssionē mot⁹ ī fine. q̄ poterat fa  
 cere illa grauitas secūdū sitū ī p̄ncipio et iā q̄ possēt im  
 pedire tāta leuitas quanta ibi acq̄ritur ex caliditate ibi  
 causata per motum.

**Ad rationes.** Ad p̄mā dico q̄ illud qd̄ dictum est  
 itelligit̄ de motu nāli locali et recto.  
 et nō circulari. p̄ hoc ē solui⁹ scda rō. q̄ itelligitur d̄ motu  
 locali et nō d̄ alys motib⁹. ¶ Ad tertiā. illa vadit p̄ vna cō  
 clusiōe posita. ¶ Ad q̄rtā. illa ēt vadit p̄ vna r̄clonē posita.  
 ¶ Ad q̄ntā. nego q̄ continue maneat eadē p̄portio poten  
 tie mouētis ad resistētia. nā p̄ appōnē talis ipet⁹ potētia  
 motiua continue itēdit̄. ¶ Ad sextā. negat̄ nā. q̄ sic dictus  
 ē ī vna r̄clonē mediū p̄t sic disponi q̄ mot⁹ nālis ī ipso ma  
 neret p̄ totū regularis. ¶ Ad septimā. r̄cedo q̄ tale graue  
 h̄ret potētia īfinitā. r̄cedo ēt q̄ nō h̄ret potētia īfinitā. q̄  
 aliqd̄ graue distare p̄ distantia īfinitā a cēt̄ro ē impole. ad  
 ipole at̄ seq̄ qd̄z. ¶ Ad octauā. illa bñ pbat̄ q̄ motus nā/  
 lis nō intēdit̄ ī fine capiēdo finē qm̄ mot⁹ desinit eē. cū b̄ tri  
 stat q̄ bñ itēdit̄ ī fine. i. versus finē. Et sic ē finis q̄nis.

In his enim que de subtus plures iam latio  
 nes conuenerunt in vnum r̄c. Textu cōmenti  
 trigesimi quinti. **Questio XV.**



**Et auū** p̄posito erat. vtz spere cele  
 stes sic sūt spe planetaz plib⁹  
 moueant̄ motib⁹. s. ab oriētē ī occidētē mo  
 tu diurno. et ab occidētē ī oriētē motu p̄p̄o.  
 Et ar. p̄ q̄ nō. nā tales diuersi mot⁹ v̄l eēt  
 eque fortes et eque veloces. vel vnus eēt velo  
 cior et alter tardior. si eēt eque veloces. tunc  
 cōtinue planete manerēt in eodē situ et aspectu ad nos. sed  
 hoc est factum. nā p̄batur a fili. nā si aliqua musca ascen  
 dat sup̄ aliq̄ lanceā aliq̄ velocitate. et lancea iterim descen  
 dat p̄cise equali velocitate: musca non mutabit situm nec  
 aspectū ad aliquod quiescēs. sed continue hēbit se sili modo  
 et nō aliter ad tale gescēs. sili eēt de hoīe q̄ moueret̄ ī nauī  
 ita velociter ad vnā ptē sicut nauis moueret̄ ad alias. Si  
 autē dicat̄ q̄ mot⁹ ipoz orbiū planetaz. quoz alig sunt ad  
 vnā ptē et alig ad aliā. sic se h̄nt q̄ vn⁹ ē velocior alio. capiā  
 ergo speram solis. et quero vtrū veloci⁹ moueatur ab oriē  
 te in occidentem motu diurno vel velocius ab occidente  
 in orientem motu proprio. si dicatur primū. tunc nō moue  
 tur nisi motu diurno. p̄batur sic in simili d̄ musca mota su  
 per lancea. nā si descēsus lancee sit velocior. musca non d̄  
 ascēdere: sed descēdere solū. aliter enīz idē simul moueret̄  
 motibus r̄trarys. Si autē motus proprius spere solis esset

velocior motu diurno eiusdem. tunc propter tres rationes non diceretur moueri ut videtur nisi motu proprio. quod tamen est falsum. Et confirmat Bernardus super spera solis quasi omni die naturali facit unam revolutionem motu diurno. ubi in uno integro anno non facit nisi unam revolutionem motu proprio. ergo non potest dici quod motus proprius spera solis sit velocior motu diurno eiusdem. Et 2<sup>o</sup> ipse est idem sicut moueri pluribus motibus localibus. quod est falsum. Quia tamen a philosopho. quod impossibile est idem corpus sicut esse in diuersis locis. et quod diuersi motus locales sunt ad diuersa loca ut etiam quod impossibile sit idem corpus sicut et eque per moueri ad diuersa loca. sed si mouetur ad diuersa loca. prius tamen mouetur ad unum et postea ad alium. Et 3<sup>o</sup> si quod esset vera sequeretur quod unum illorum motuum esset tali orbi naturalis. et alter violentus. et sic ille alter non diu duraret in tali orbe. cum nullum violentum diu dureret. per huiusmodi. sed dicitur esse falsum. nam omnibus motibus quod nunc sunt in celo sicut philosophus erant in eodem. et semper erunt. supposita eternitate mundi. Quia probatur ex eo quod omnium est per huiusmodi unum corporis simplicis non esse nisi unum motum naturale simplicem. cum ergo spera celestes sint corpora naturalia simplicia. neutra eorum habebit plus quam unum motum sibi naturale simplicem. et ideo si aliquid alter ei inest. ut ei inesse violentum.

**Oppositum** vult Ari. in lra. et sicut oppositum volunt Ptholomeus et alii astrologi quod plures.

In ista questione primo recitanda est una opinio de qua sita cum eius probatione. Secundo respondendum est ad questionem.

**Quantum** ad primum. sciendum est quod erat una opinio. scilicet alpetragi. quod omnes orbis celestes mouerentur ab oriente in occidentem. et quod nullus orbium celestium mouetur ab occidentem in orientem. sed orbis planetarum ab orientem ad occidentem mouerentur super alios polos quam primum mobile et cum hoc non facerent completas circulationes in die naturali sicut facit primum mobile. vnde imaginabatur quod in die naturali mobile faceret unam completam revolutionem super polos mundi ab orientem in occidentem. et quod interim etiam orbis planetarum mouerentur ab orientem in occidentem. super alios polos suos motus incurtando intantum quod orbis saturni in die naturali tantum deficit quod non facit unam completam circuitum. quod in triginta vel tredecim annis facit unam revolutionem minus quam primum mobile. sed orbis iouis. quod est remotior a primo mobili plus deficit in die naturali quod non facit unam completam circuitum. in tantum quod in minori tempore quam saturnus facit unam revolutionem minus quam primum mobile. et proportionalem suo modo dicit de orbe martis. et alios orbium planetarum. unde motus solis ab orientem in occidentem tantum incurtatur a motu primi mobilis quod in uno anno facit unam revolutionem minus quam primum mobile. sed orbis lune quod est infimus orbium planetarum et maxime distans a primo mobili. in tantum incurtatur in suo motu ab orientem in occidentem quod in uno mense facit unam circuitum minus quam primum mobile. ita quod ille imaginatur quod sicut quod orbis planetarum plus distat a primo mobili sicut hoc plus suos motus ab orientem in occidentem incurtat. propter hoc quod omnis virtus finita ab aliquo agente deriuata fortior est propinqua quam remota. et ideo orbis propinquiores orbi primo velocius ab orientem ad occidentem mouentur et remotiores tardius. et ulterius dicit quod propter hoc incurtationem apparet sensui quod orbis planetarum mouentur motu primo mobilis. et declarat hoc exemplo. nam cum duo homines mouentur non eque velociter ad idem ubi ubi alicui longe distanti quod tardior ad ubi dicitur moueat a quo velocius recedere dignoscitur. Sed breuiter ista opinio est opinio nem Ptholomei. et omnium astrologorum. Et potest ipsa argui duabus rationibus. Prima est si non esset in motibus orbium nisi dicitur incurtationis tunc venus et mercurius ceteris temporibus deberent esse oppositi radys solis. quod nunquam visum est. vel. n. sunt sub radys solaribus vel sunt vesprini vel matutini. vnde sicut al phraganum in libro suo triginta dicitur. dicitur quod ad plus venus a sole elongatur per quadraginta octo gradus. et mercurius per 26. Secunda ratio. nam tunc sicut per proportionem distantie orbium planetarum a primo mobili deberet esse proportio incurtationis. quod falsum est. cum soluentur. et mer

curius in suis deferentibus quasi equaliter moueantur. luna autem multum unequaliter. cum tamen mercurius sequatur immediate.

**Quantum** ad secundum sciendum est quod aliquid moueri sicut pluribus motibus circularibus potest intelligi duobus modis. uno modo super eisdem polos. alio modo super diuersis polos. sicut quod uno motu aliquid mobile moueat super aliquos polos. et alio motu super alios. Tunc sit prima conclusio ipse est eundem orbem moueri ab orientem in occidentem et cum hoc ab occidentem in orientem super eisdem polos. ista conclusio sufficenter probatur prima et secunda rationes posite ante opinio. Et 2<sup>o</sup> conclusio. orbis planetarum mouentur ab orientem in occidentem super polos mundi. et cum hoc ab occidentem versus orientem. super alios polos. Probatur. Primo quod moueantur ab orientem ad occidentem notum est ad experientiam. sed 2<sup>a</sup> probatur. quod nos videmus quod si aliquid planeta modo est in ariete postea est in tauro. et postea in signo geminorum. et sic de aliis signis zodiaci. sed hoc non potest saluari nisi per motum planetarum ad orientem vel per incurtationem suorum motuum ab orientem in occidentem. si dicatur primum. cum hoc non possit saluari. super eisdem polos super quod mouetur ab orientem in occidentem per predictas conclusiones. quod hoc sit super alios polos. et hoc dicitur secunda conclusio. si autem diceretur quod hoc posset saluari per incurtationem motus planetarum ab orientem in occidentem. hoc non valet sicut per 3<sup>o</sup> ex primo articulo. ex hoc per ratio ad questionem. scilicet quod orbis planetarum sicut et semel mouentur pluribus motibus. scilicet ab orientem in occidentem per meridiem. et ab occidentem in orientem in orientem. sed tamen super alios et alios polos. Sed sciendum est quod isti motus non pueniunt ab eadem intelligentia. Sed imaginandum est quod orbis planetarum mouentur ab orientem in occidentem ex influentia quam recipiunt a primo mobili. et cum hoc quilibet orbis planete habet intelligentiam sibi appropriatam que mouet ipsum ab occidentem in orientem. et ille motus est illi orbi proprius.

**Ad rationes.** Prima et secunda vadunt per prima conclusionem secundi articuli. Ad tertia dico quod non quod si alicui mobili insunt plures motus locales. quod si unum illorum sit ei naturalis quod alter sit ei violentus. sed sufficit quod ei insit per naturam. Et sic est finis questionis.

Manifestum autem ex his quoniam et dicere fieri laetorum armoniarum tanquam consonantibus factis sonis. leuiter quidem dictum est. et superflue a dicentibus etc. Textu numeri quinquagesimi secundi.

Questio XVI.



**Num** propositum erat utrum corpora celestia suis motibus causent sonum. et videtur quod sic quod sunt corpora magna et solida non condensabilia nec rarefactibilia. quod confricatione eorum adinicez per suum motum videntur causare sonum. quod sic videmus fieri in aliis corporibus. Secundo quod ex motu vio-

lento corporum solidorum causatur sonus. modo primum mobile videtur violenter rape secum orbis planetarum. ergo ex tali violentia videtur dari sonus. Tertio. nam videmus hic inferius quod corpora velociter mota causant sonum. sicut per de virga velociter percussa ad aerem. sed quod celum velocissime mouetur videtur utique suo motu causare sonum. Quarto arg. ad idem auctoritate antiquorum qui talem sonum vocant musicam mundanam.

**Oppositum** vult Ari. et commentator secundo huius. In ista questione primo videtur sunt de hoc opiniones antiquorum. Secundo respondendum est ad questionem secundum intentionem Aristotelis.

**Quantum** ad primum sciendum est quod de ista questione fuit una opinio sicut tangit Ari. in lra. quod corpora celestia causarunt armoniam suo motu. et hoc posuerunt multi philosophi. sicut est pythagoras. plato. tullius. macrobius. et probatur rationibus ante oppositum positus. unde dicit macrobius quod secundum hoc theologi illius temporis posuerunt nouem musas ita quod octaua erat celum stellatum. et alie erant septem orbis

planetarum. et nona aggregatum ex illis orbibus continens totam illam resonantiam. Secundo de hoc dixit plato quod in singulis celestibus orbibus site sunt syrenes. id est decantatores laudis dei. unde syren grece idem est quod deo canes latine. Tertio de hoc dixit pitagoras et tullius volentes reddere causam quare anima delectetur in musica. dicunt quod hoc est ideo. quia anima originem sumpsit ex celo. ubi est musica. et ideo delectatur in musica quia tunc quodam modo rememoratur de illa musica celesti dulcissima. Quarto dicunt quidam quod de orbibus celestibus dictum est illud. scilicet quod scribitur. in omnem terram exiit sonus eorum. et quoniam dicebatur istis bonis antiquis patribus cur non audimus tale sonum musicam et armoniam que faciunt corpora celestia suo motu dicerent quod propter consuetudinem illi sonum non percipimus recte. sicut fabri propter consuetudinem audiendi sonum maleorum illi sonum non ita percipiunt sicut non assueti. quod patet. quia non obstante tali sono fabri loquuntur adinuicem. nec impediuntur per tale sonum. quod tamen non esset de alijs quod non essent assueti habere audire sonum. sicut sic est de illis quod morantur circa strepitum aquarum. illi etiam propter consuetudinem audiendi illi sonum non sic iudicant de eo nec sic impediuntur per ipsos quemadmodum faciunt illi quod tale sonum audire non sunt assueti. Aliter posset dici supponendo quod sonus est quedam qualitas in corporibus sonantibus et non qualitas existens in aere medio. quia si esset qualitas realis existens in medio. tunc pueniret ad sensum et supponeretur auditui et non fieret sensatio. et ideo sicut dicimus de colore quod est qualitas non existens in medio reali. sed multiplicat speciem suam et similitudinem usque ad visum. et sic videtur: ita dicendum de sono quod est qualitas existens in corporibus sonantibus. et non audiretur nisi per speciem eius multiplicatam per medium usque ad auditum. Secundo supponerent quod sicut ad hoc quod spes colorum multiplicetur in medio requiritur lumens existens in medio tanquam dispositio disponens medium ad recipiendum spes visibiles. sic ad hoc quod sonus multiplicet speciem suam per medium requiritur quod aer circumstet corpora sonantia: et sit tremibilis ad hoc quod percipitur possit multiplicari spes soni. et tunc dicerent quod in corporibus celestibus esset sonus. sed non audiretur. propter hoc quod aer striguis ipsis non tremat. et ideo spes illi soni non multiplicatur per ipsum usque ad nos. Quia aer striguis eis non tremat. patet. quia ipsa suo motu non mouet aerem motu saltu tremoris. Contra istam opinionem licet non possit demonstrari. tamen ipsam potest argui taliter. Primo quia si corpora celestia facerent tale sonum. ille utique variaretur sicut velocitates et tarditates in corporibus celestibus variantur. et sic: sicut utique sonus quod modo esset talis qualis sonus precedens non erat: a nobis deberet percipi ex eo quod audire tale non essemus assueti. Secundo. quia bene percipimus sonos minores. quam magis debemus percipere illos. Tertio. quia talis sonus est ita magnus quod destrueret omnia ista hic inferiora. Quarto maxime destrueret organum auditus. cum excellens sensibile corrumpat sensum. imo bene minores soni quam essent illi sunt destructiuum organi auditus. ergo magis illi. Quinto arguitur idem ex causis soni. quia ibi non fit violenta frictio. ex eo quod corpora celestia sunt simpliciter plana et leuia. et tamen violenta frictio requiritur ad hoc quod corpora suo motu causent sonum.

**Quantum** ad secundam pono unicum rationem nisi scilicet ad quoniam secundum opinionem aristoteli quod corpora celestia in mundo non faciunt sonum. probatur. nam frustra esset ibi talis sonus. ex quo toto tempore eterno talis sonus non audiretur. probatur etiam per rationes improbatas opinionem recitata.

**Tunc** ad rationes. ad primam dico quod licet corpora celestia sint corpora magna et solida. tamen non est ibi aliqua percussio vel expulsio aeris que requiritur ad sonum. Et si dicatur quod talis expulsio aeris solum regatur ad multiplicandum speciem et non ad generationem soni. hoc non valet. quia sic ego possum dicere simili ratione quod in quolibet corpore quiescente esset sonus sed non audiretur. quia tale corpus quiescens non moueret aere propter se motu tremoris quod quidem tremor requiritur ad hoc quod sonus audiatur per speciem suam multiplicata

ta per aerem sic tremetem. Ad secundam nego quod unus orbis rapit violenter alium. unde ibi non est aliquis raptus unus orbis per alium. ex eo quod corpora celestia sunt lenia secundum eorum superficies in tantum quod ibi deficit illud quo unus orbis posset se tenere ad alium quo unus rapet alium. Ad tertiam dico quod verum est quod motus propter sui velocitatem causet sonum. dum tamen ibi et adsint alia requisita ad generationem soni. sicut frictio aeris. expulsio et similia. sed illa deficiunt in motu corporum celestium. Ad quartam dico quod illi boni antiqui pres fuerunt illius opinionis. aristoteles autem fuit alteri. Et sic est finis questionis. Celeriozem enim esse maioris circuli velocitatem rationabile eorum qui circa idem centrum collocatorum: sicut enim in alijs maius corpus velocius fertur propria latitudine: sic et in circularibus etc. Textu mentis quadragesimi sexti.

Questio

XVII.



**Decimum** propositum erat. utrum orbis inferiores planetarum velocius debeant moueri motibus proprijs quam orbis superiores. ut verbi gratia orbis iouis velocius debeat moueri motu proprio quam orbis saturni. et orbis martis velocius quam orbis iouis. et sic sequenter. Et arguitur per quod non. nam primum mobile. scilicet orbis supremus velocissime mouetur motu proprio. scilicet ab oriente in occidentem super polis mundi. quod non esset nisi velocissime moueri seu velociter moueri argueret perfectioem in orbibus celestibus. Tunc sic. quanto orbis sunt superiores tanto sunt nobiliores. et quanto sunt nobiliores tanto velocius debent moueri motibus proprijs. quam orbis inferiores. et per istos orbis saturni velocius mouetur vel deberet moueri motu proprio quam orbis iouis. cuius oppositum queritur quod. Secundo de orbibus celestibus. ut esse imaginandum proportionaliter sicut de corporibus infra speram lune. sed sic est de corporibus infra speram lune. quod maiora velocius mouentur. patet hoc. nam equus velocius mouetur quam formica. et magnus lapis velocius mouetur vel descendit quam puus. sicut sicut videtur quod orbis maiores debeant moueri velocius. sed hi sunt orbis superiores. etc. Tertio spera mercurij et veneris sunt inferiores spera solis. et tamen non mouentur velocius. nam ille tres spera eque tempore apponunt ad perficiendum suas circuitiones. scilicet unum annum. ergo non est vltimum verum quod orbis inferiores velocius mouentur motibus proprijs quam superiores.

**Oppositum** vult aristoteles et alij astrologi. qui dicunt saturnum complere suam circulationem motu proprio in longiori tempore quam iupiter. et iupiter in longiori tempore quam mars: et mars in longiori tempore quam sol. ex quo sequitur quod spera inferiores velocius complent suas circulationes quam superiores. cum iupiter sit sub saturno. et mars sub ioue. et sol sub marte. Pro ista questione sit prima ratio ista. quod ista ratio non valet. orbis iouis citius perficit suam circuitioem quam orbis saturni. quam orbis iouis velocius mouetur quam orbis saturni. probatur ex eo quod penes aliud mensurat et cognoscit velocitas circuitioem. et penes aliud velocitas motus. vnde si orbis saturni quantum ad suam magnitudinem habet se in eadem proportione ad magnitudinem orbis iouis in quo se habet tempore in quo saturnus facit unam circuitioem ad tempus in quo iupiter facit unam: iupiter posset suam circuitioem facere in minori tempore quam saturnus. et tamen eque velociter mouerentur. vltimum adhuc iupiter tardius moueret saturno. nam si iupiter duas faceret circuitioem iterum quod saturnus faceret unam. adhuc iupiter non tamen pertransiret de spacio sicut saturnus in faciendo unam. et ideo bene stat orbis planetarum inequaliter circuire centrum motibus proprijs. et tamen eque velociter moueri. vel adhuc orbem illi velocius moueri qui tardius compleret suam circuitioem. et ideo magna est differentia iter moueri velocius. et circuire velocius. nam partes circuleriales alicuius circuli moti circa

cetrū suū quiescēs motiētur veloci<sup>9</sup> q̄ partes cētrales. z tamē nō circūit velocius. C<sup>2</sup> cōclusio. aliqui orbēs iferiores aliquib<sup>9</sup> orbib<sup>9</sup> superioribus veloci<sup>9</sup> plent suas circuitiōnes motib<sup>9</sup> pprijs pz. nā docet experiētia iouē citi<sup>9</sup> circuire cetrū mundi eūdo de signo i signū q̄ saturnū. z mars circuit citi<sup>9</sup> iouē. z sol citi<sup>9</sup> marte. z luna citi<sup>9</sup> sole. C<sup>3</sup> cōclusio. nō o<sup>3</sup> q̄. quāto orbēs planetarū sunt inferiores tāto veloci<sup>9</sup> plent suas circuitiōnes: z semper itelligit de motib<sup>9</sup> pprijs pz de venere z de mercurio q̄ sunt iferiores sole. z tamē non plēt suas circuitiōnes tardius. z si modico tardius vel veloci<sup>9</sup>. hoc tamē nō est secundū illaz pportio nē secundū quā sunt iferiores. C<sup>4</sup> Sed iuxta istā pbatōne est sciēdum q̄ aliqui posuerūt solez z mercuriū z venerez in eodē orbe. s; diuersitates apparētes in eoz motibus saluabāt ex hoc q̄ posuerunt solē non habere epiciclū in illo orbe. sed mercuriū habere vnūz epiciclū. z venere vnūz aliū. C<sup>5</sup> Sed tra istud. q̄ ven<sup>9</sup> sit sub sole z mercurius sit sub venere arguitur p. qz cū sol sit fons caloris z luminis z regula omniū planetarū ad modū cordis d<sup>3</sup> esse in medio eoz. z hec ē snia ptholomei z alfragani ceteroz qz exptoz in astrologia. C<sup>6</sup> Scdo qz maior diuersitas aspectus repit in mercurio q̄ in venere. z maior in venere q̄ in sole. z hoc ipsis se hntibus vniformiter ad zenit capitis z ad quēlibet pūctū orizontis. Ubi aut ceteris paribus maior est aspect<sup>9</sup> diuersitas ibi est maior ad terrā ppinquitas. C<sup>7</sup> De ea at quare orbēs inferiores orbib<sup>9</sup> supioribus suas cōplent circuitiōnes velocius sunt opiniones. C<sup>8</sup> Prima est opinio q̄ imaginat q̄ hoc sit ppter maioritātē resistentie. Uū qz orbēs planetarū mouētur plib<sup>9</sup> motibus. s. motu diurno z motu in obliquo circulo. z qz mot<sup>9</sup> diurn<sup>9</sup> maiorē hz virtutem in orbib<sup>9</sup> supiorib<sup>9</sup> q̄ inferiorib<sup>9</sup>. iō magis retardat motū orbū supiorū q̄ inferiorū. z maiorē ibi facit resistentiā q̄ faciat in orbibus inferiorib<sup>9</sup>. ppter hoc q̄ mot<sup>9</sup> diurnus et mot<sup>9</sup> orbū planetarū in obliq̄ circulo sūt ad diuersas d<sup>3</sup>as pōnis. q̄ aut motus diurnus maiorē faciat resistentiā i orbibus planetarū supioribus q̄ inferiorib<sup>9</sup>. vī eē eo q̄ orbēs planetarū supiores sūt ppinquoies pmo mobili qd̄ ex se mouetur motu diurno. z suo motu mouet alios orbēs iferiores cōsimili motu. C<sup>9</sup> Sed breuiter istud non pōt stare qz i celo nō est aliqua talis resistentia seu ipedimētum. nā illa esset rōne contrarietatis vel strarie iclinationis. mō in celo nō videt esse talis strarietas. Et ex alio. nā p<sup>3</sup> pbatū ē motū circulari nō esse aliū motū strariū. z per p<sup>3</sup> mot<sup>9</sup> diurnus motui planetarū i obliquo circulo nō ē contrari<sup>9</sup>. nec resistēs nec ipediens aliquo mō motū planetarū propriūz. C<sup>10</sup> Alia opinio imaginat q̄ causa q̄ orbēs planetarū superiores tardius plent suas circuitiōnes est ppter magnitudinē orbū. Unde nō obstatē q̄ itelligētie orbūz superiorū sunt maioris virtutis z maioris pfectionis q̄ itelligētie orbū iferiorū. tñ qz habēt reuoluere orbēs multo maiores q̄ sint orbēs planetarū iferiorū idē est q̄ reuolūt eos tardi<sup>9</sup>. vbi gratia. itelligētia orbis saturni est multum maioris pfectionis q̄ itelligētia orbis lune. Et ideo bene cederē si orbis saturni esset ita paruus sicut orbis lune q̄ sua itelligētia multum citius ipsum reuolueret q̄ reuoluat orbis lune. Et etiaz si orbis saturni haberet cōsimilē pportionem in magnitudine ad orbē lune quales habet pportionē itelligētia orbis saturni in perfectione ad itelligētia orbis lune. tūc eque veloci<sup>9</sup> precise orbis saturni z orbis lune reuoluerent. Sed qz orbis saturni ad orbē lune multo maiorē habet pportionem i magnitudine q̄ habeat itelligētia orbis saturni ad itelligētia orbis lune i perfectione. inde est q̄ multo tardius reuolūt orbis saturni q̄ orbis lune. z hoc motu proprio. non obstante q̄ sua itelligētia est maioris perfectionis q̄ itelligētia orbis lune ita q̄ finaliter ista opinio imaginatur cau

fas questionis pposite. scilicet q̄ vnus orbis planete reuolūt tardius z alter velocius esse determinatū excessum itelligētiarū iuicem in vigore. binando adiuicem magnitudines mobiliū z velocitates circulationū. cum enim v<sup>9</sup> itelligētie mouentis sic terminata ipsa nō moueret quātūcūq̄ mobile nec quacūq̄ velocitate. licet nulla eēt resistentia. qd̄ pz in simili de lucido finite potētie qd̄ nō illuminat dyaphanum in infinitum licet nō sit resistentia in ipso dyafano. ita ē in proposito imaginandum est. s; in orbib<sup>9</sup> non sit resistentia ad itelligentiam mouentē. tamen quia sunt finite potētie non mouēt orbēs quātūcūq̄ magnos q̄tacūq̄ velocitate motu reuolūtōis z circuitiōis. C<sup>11</sup> De orbib<sup>9</sup> aut solis. venere z mercurij. qui eque veloci<sup>9</sup> reuolūtur. dico q̄ hoc est ppter hoc q̄ ibi eadez est pportio perfectiōis itelligentiaz adiuicē: qualis est pportio magnitudinum suoz orbū adiuicē quos mouēt. ita q̄ q̄lem pportionē habet orbis solis ad orbē venere i magnitudine talē ē pportionē hz itelligētia orbis solis ad itelligētia orbis venere i pfectiōe. z iō ita cito sicut itelligētia solis reuolūt suū orbē magnū: itelligētia venere minoris pfectionis reuolūt suū orbē minoris magnitudinis. z mercurius sūr suū. Sed qz quātū ad alios orbēs planetarū nō ē cōsimilis pportio pfectiōis itelligentiaz adiuicē q̄lis est pportio magnitudinū orbū adiuicem. inde est q̄ illi orbēs a suis itelligentijs dissimiliter reuolūtur.

**Ad rōnes.** prime due bñ probāt q̄ orbēs planetarū supiorū mouētur veloci<sup>9</sup> q̄ iferiorū. s; pp hoc nō o<sup>3</sup> q̄ reuoluātur z circūat veloci<sup>9</sup>. vnde si eēt duo hoies. s. sol. z plo. z sol. deberet circuire ecclesiāz nre dñe. z plo villā parisiēsem: possibile eēt plonē i centuplo veloci<sup>9</sup> moueri q̄ sortes. z tñ sol. citi<sup>9</sup> cōpleret suā circuitōez q̄ plo De 3<sup>a</sup> rōne qd̄ sit dicēdū pz ex qōne. Et sic finitur qō.

C<sup>12</sup> Pautioribus eniz sol z luna mouentur motibus q̄ erraticorum astroz quedam zc. Textu cōmēti sexagesimi. **Questio XVIII.**



**V**adecimū Propositoz erat. vtrum sol z luna pauciorib<sup>9</sup> debeāt moueri motibus q̄ aly planete. Et arguitur primo q̄ nō. qz naturalia debēt esse rōnabiliter ordinata. z qz supma spera vno solo motu mouetur. rōnabile ē q̄ spēre quātū sūt sibi propingozes tāto pauciorib<sup>9</sup> moueant motib<sup>9</sup> z ideo videt q̄ spera imediate post supmā debeat moueri duob<sup>9</sup> motibus. z 3<sup>a</sup> tribus. z 4<sup>a</sup> quatuoz. z sic vltēri<sup>9</sup>. z si ē sic tūc spera solis plurib<sup>9</sup> mouet motibus q̄ spera martis. z similiter q̄ spera iouis. z sic vltēri<sup>9</sup> ascēdēdo. istā rōnem facit Ari. i littera. C<sup>2</sup> corpus nobili<sup>9</sup> plures debet hēre operationes. vñ homo plures hz opationes q̄ brutū. z brutū plures q̄ planta. s; sol ē nobilior planeta q̄ venus z mercuri<sup>9</sup>. ergo etiā debet habere plures motus q̄ habeat ven<sup>9</sup> z mercurius.

**Oppositum** vult Ari. z sūr astrologi. **De ista** qōne quātū ad qz ē. nō dubitat i pposito. imo p<sup>3</sup>supponit q̄ sol z luna pauciorib<sup>9</sup> mouebūt motibus q̄ aly planete. hoc p<sup>3</sup>supposito dubitat pp qd̄ ita sit. Istā dubitatōez nitit soluere Ari. i lra. z ē cōsimilis dubitatio huic. cū pnceps hēat paucā actiōez q̄re q̄ sūt sibi pping sicut ppositi vel balliui hnt valde mltiplices actiōes: z itēz burgenses q̄ sūt remoti ab ipō hnt pauciores actiōes. i hoc. n. nō vī eē ordo veniēs. Et ita i celestib<sup>9</sup>. Cōsūr dubitat cū primum mobile habeat vnīcam actionem siue vnīcū motum. quō erit q̄ saturnus iuppiter z mars qui post sequūtur: habent plures. z sol qui postea sequitur habet paucos z venus z mercurius qui solē sequūtur habēt plures. z itēz luna habet paucos. hoc videtur esse valde mirabile cū nō

appareat hic aliqua ordinatio: Aristot. soluit omnia illa per ordinem omnium ad unum finem ultimum. que finem optime se habens attingit cum pauca actione. non autem optime se habens cum pluri actione. Alter autem non potest ad illum finem attingere attingeret ad unum finem inferiorum. quod tamen est ordinatus et deserviens ad illum finem principale. et tunc ad illum finem inferiorum attingendum non indiget nisi pauca actione. sed alter sequens ad eundem finem attingendum pluri indiget actione. et sic in multis alijs. Contra videtur de principe et balliuo et burgensibus. princeps enim et balliuus intendunt eodem bono populi. ad quem finem princeps attingit cum pauca actione. scilicet sulendo et precipiendo. sed balliuus et propositi ad illum finem attingendum indigent pluribus actionibus. sed postea unus burgensis qui remotior est a principe non attingit illum finem nec intendit: imo intendit unum finem inferiorum. scilicet diuitias et regimen proprie domus. qui tamen finis subordinat finis primo: ad quem tendit princeps cum balliuo. quod ex diuitiis et bono regimine bonorum partialius resultat bonum commune civitatis. Non burgensis siue prefamilias et filij sui et alij principales sui servitores omnes ad eundem finem intendunt. scilicet ad commune perfectum domus: et ad illum finem attingendum prefamilias pauca videtur actione. scilicet sulendo et precipiendo. sed filij quatuor ad hoc pluribus videtur actionibus. et servitores principales adhuc pluribus. Postea magis recedendo venit coquus et pistor qui non intendit ad eodem bonum domus. sed quilibet eorum intendit quoddam partiale bonum: quod indiget multa actione. Sic imaginandum de intelligentibus hominibus. brutis. et plantis hominibus enim et intelligentibus tendit ad contemplationem divinam. scilicet intelligentibus cum sint perfectiores attingunt ad hoc per suas essentias sine actione eis inherere. sed homo qui est remotior a perfectione indiget ad hoc multis actionibus ut dictum finem attingat. bruta autem ad hoc non intendit: sed ad aliquid multo minus. scilicet ad cognitionem sensitivam. ad quam non indiget tanta actione sicut homo ad intelligere. et tunc ulterius plane non attingentes ad sensationem etiam pauca indigent actione. Ita sicut de corporibus supercelestibus est imaginandum. et hoc facit ad propositum. nam supponendum est quod corpora celestia ordinantur ad regimen huius mundi inferioris sed differenter. quod spera stellata cum saturno iove et marte habent proprietatem super eam et durationem reum et bonam habitudinem earum. et ad hoc consequendum spera stellata propter eorum nobilitatem perficit suum officium uno motu. multe enim stelle plus operantur per unum motum quam una stella per multos. et ita tres dicti planete ad suum finem intentum consequendum indigent iam pluribus motibus. scilicet sol venus et mercurius dictum finem non sunt intendentes. sed unum alium. quod eorum influenza est super motum et mutationes reum que est inferior fine primo. et illum finem attingit sol pauca actione. venus autem et mercurius cum sint inferiores sole ad idem finem pluri actione. Deinde est luna que ad illum finem non intendit. sed ad alium inferiorum. scilicet ad disponendum materiam in istis inferioribus ad bene recipiendum influentias aliarum stellarum. et ad illum finem attingendum non indiget multa actione. Ex his patet responsio ad questionem. scilicet quod sol et luna debent moveri paucioribus motibus quam alij planete. causa huius patet ex his que dicta sunt.

**Ad rationes** Ad primam. illa bene procederet si omnes planete suis motibus ad eundem finem intenderent ut pervenirent. sed quod omnes orbis super solem intendunt ad unum finem. et sol cum venere et mercurio intendunt ad alium. et luna ad alium. non oportet tale esse ordinem in multitudine motuum qualis est ordo in situ orbium. Ad secundam. nego quod corpus nobilius debeat habere plures operationes in attingendo eundem finem. imo dico quod pauciores. bene tamen concedo quod assignato uno corpore tendente ad unum finem. et uno alio tendente ad unum alium. verbi gratia sicut homo et bruto. bene est possibile inter ista corpora corpus nobilius habere plures operationes. et non mirum quod tendit in finem nobiliores. Et sic est finis questionis.

**Ad hunc autem sub circularis corporis spera exi**

stentem necesse est lata illa incallescere. Et hac maxime cui sol extat infusus. Propter quod approximante ipso et oriente: et super nos existere generatur calor. et cetera. Textu commenti quadagesimi secundi.

Questio

XIX.

**Decimum**

propositoꝝ erat. Utrum spera so-

lis per suum motum magis calefaciat ista inferiora quam alie spera. Et videtur quod non: motus causa calorem sicut ostendit Aristoteles per meteororum. ergo motus velocior videtur causare maiorem calorem. sed primum mobile velocius movetur quam spera solis. ergo per suum motum maiorem videtur causare calorem in istis inferioribus quam spera solis. Secundo spera solis non potest causare calorem in istis inferioribus. ergo quod falsa. prima nota est de se. anima probatur. nam dato quod posset. tunc spera solis potest esse calida. sed hoc est falsum ex eo quod orbis celestes non sunt susceptivi qualitatum alterationum et dispositionum ad corruptionem. de numero quorum est caliditas. Tercio. si sic vel hoc esset immediate vel mediate. non immediate. patet hoc. quod spera solis non tangit ista inferiora. si mediate hoc esset mediatis alij speris intermedys inter ista inferiora et solem. sed probatur quod non. quod si calefaceret ista inferiora mediatis illis speris hoc esset agendo aliquid in illas speras. sed non apparet quod spera solis aliquid agat in spera lune. quod vel hoc esset motus localis. vel aliqua qualitas. non potest dici primum. quod nullus motus localis qui est in orbe lune agit a spera solis sed ab intelligentia orbi lune appropriata vel a primo mobili vel ab orbe celesti sibi immediato. nec etiam potest dici quod spera solis agat in spera lune aliquam qualitatem per suum motum. non enim agit in ipsa caliditate ex eo quod spera lune non est calefactibilis. Si autem agat in eam lumine de se non agit in proposito. quod non querimus nisi de actione per motum localem. modo equaliter spera solis ageret in spera lune. et ista inferiora si gesceret sic modo cum movetur. Quarto motus non calefacit nisi disgregando vel destruyendo. scilicet motus spera solis. et sicut cuiuscumque orbis celestis non disgregat nec destruit ista inferiora. quod patet de terra aqua et aere nobis propinquis. quod sepe videmus omnia ista esse in tranquillitate magna et quiete non obstanter continue celum moveant: nec potest dici quod celum disgreget per suum motum spera ignis sibi iuncta. nam illa movetur sicut cum celo motu diurno. sicut ostendit Aristoteles per meteororum. modo illud quod movetur sicut cum alio non disgregat ab ipso. sicut patet de hominibus exitibus in navibus. quod cum movetur ad motum navis non disgregatur per ipsam. Quinto si spera solis ageret in ista inferiora per suum motum maiorem caliditate quam alie spera. vel ratione sue magnitudinis. vel ratione velocitatis sui motus. vel ratione propinquantis ad nos. vel dicitur. quod hoc esset ratione lucis solis. Si dicatur primum hoc non valet. quod tunc maiores spera spera solis que sunt super solem maiorem deberent generare calorem in istis inferioribus quam spera solis. et habet propositum. Si dicatur secundum hoc ita non valet. quod tunc primum mobile cum velocius moveatur spera solis: et sicut spera lune maiorem deberet causare calorem in istis inferioribus quam spera solis. Si dicatur tertium hoc ita non valet. quod tunc spera lune cum sit nobis propinquior quam spera solis deberet nos plus calefacere per suum motum quam spera solis. Si dicatur ultimum hoc non est ad propositum. quod non querimus in proposito de actione celi per lumen vel lucem. sed solum de actione celi per motum localem.

**In oppositum**

Uidet eum Ari. hic et ipse meteororum. et

et experientia. In ista questione est supponendum quod res sit motus localis. scilicet hoc pertinet ad tertium philosophorum. Sicut hic supponendum est quod motus localis calefacit. scilicet hoc pertinet ad primum philosophorum. Et ideo istis dimissis et suppositis videndum est de questione.

**Pro quo**

pono istam rationem contra cessam. quod celum agit in ista inferiora per suum motum localem. patet hoc. quod suo motu trahit secum spera ignis et aeris superioris et ignis igni. cuius signum est. nam alij comete et impressiones generantur in superna

regione aeris non mouerentur circulariter circa terram nisi mouerentur sic ad motum continentis. scilicet aeris. cuius tamen oppositum sepe visum est. imo de quibusdam cometis visum est sicut dicunt auctores quod mouebantur de oriente ad occidentem. et occidebant sicut sol. et de mane oriebatur sicut sol. **Secunda** de celo. celum non agit in ista inferiora caliditate per suum motum ratione disgregationis facte in istis inferioribus propter motum celi. pro hoc ex eo quod propter motum celi ista inferiora non disgregantur sicut arguebatur per quartam rationem ante oppositum. **Tertia** de celo. celum per suum motum localem agit in ista inferiora caliditate frigiditate humiditate et siccitate: ea ratione. quia per ipsum celum per suum motum applicatur in istis inferioribus planete et stelle agentes in ea modo caliditate modo frigiditate modo humiditate modo siccitate. **Quarta** de celo rationalis ad quoniam. spera solis per suum motum magis calefacit ista inferiora quam alie spera. probatur. quia motus spera solis applicat nobis planetam. scilicet solem: qui est magis calefactiuus istorum inferiorum quam alii planete. et hoc caliditate pullulatiua et viuificatiua istorum inferiorum. quod bene patet ex hoc. quia cum sol ingreditur primum punctum arietis et incipit accedere versus zenit capitis nostri. aues incipiunt cantare. et cuncta vegetalia pullulate plus quam ante. **Sed** diceret. hoc equaliter faceret spera solis si non moueretur. sed quiesceret. **R**espondetur primo quod non. nam si spera solis quiesceret tunc inferiora quibus esset presens omnino suo calore destrueret et consumeret. et calorem ipsa destruentem non viuificantem induceret. illud quod dictum est intelligitur de calore viuificatiuo et generatiuo quibus inducit in ista inferiora per motum spera solis plus quam per motum aliarum sperarum modo quo dictum est. **Iuxta** istas rationes dubitatur de modo per quem modum sol agit in ista inferiora caliditate. **Ad** quod respondetur quod isto modo quod ipse sol agit in speras inferiores non caliditate. quia non sunt calefactibiles. sed aliquam aliam qualitatem. puta influentiam seu qualitatem non sensibilem: qualem etiam agit in ista inferiora. et talis qualitas licet producat in ista inferiora caliditate. tamen non producit caliditate in speris infra solem. et hoc est bene possibile. nam ista inferiora sunt disposita ad recipiendum caliditate. orbis autem celestes non. **Et** est simile de hoc. nam magnes attrahit ferrum. et tamen non attrahit aerem intermedium. quia natura aeris non est ad hoc disposita sicut nam ferri. et ideo licet talem qualitatem qualis agit in ferrum agit in aerem: cum non possit agere in remotum nisi presens agit in prope. tamen talis qualitas operatur aliquid in ferrum. scilicet motum ferri ad magnetem. quod non operatur in aerem intermedium. sic recte est in opposito de influenza multiplicata a sole per speras celestes sub sole ad ista inferiora. talis enim qualitas seu influenza licet agit calorem in istis inferioribus: non tamen in celestibus. et hoc totum puenit propter dispositionem et indispositionem recipientium talem qualitatem seu talem influentiam. **Consimili** modo dicatur de modo agendi aliorum planetarum in ista inferiora quorum aliqui agunt in ista inferiora humiditate aliquid siccitate aliquid frigiditate. **Ad primam** illa bene probatur quod spera solis non magis calefaceret ista inferiora per suum motum ratione disgregationis facte in istis inferioribus propter motum spera solis. et hoc bene dicitur sicut dictum est. cum quo tamen stat quod motus spera solis plus calefacit ista inferiora propter hoc. quia corpus plus calefactiuum. scilicet corpus solare applicat istis inferioribus. **Ad secundam** illa bene probatur quod spera solis et similiter sol non est calidus formaliter sicut est ignis vel aliquid tale. tamen cum hoc bene stat quod est productiuus caloris in istis inferioribus modo quo dictum est. scilicet per suam influentiam. **Ad tertiam** dico quod hoc est mediate. scilicet mediatis orbibus inferioribus agendo in ipsos talem qualitatem et etiam patet ex dictis in questione. **Ad quartam** illa vadit pro secunda ratione. **Ad quintam** dico quod propter nullum istorum solum. sed propter hoc sicut dictum est in questione quod per motum orbis ipsius solis applicat istis inferioribus corpus solare magis calefactiuum istorum inferiorum calore viuificatiuo quam per motum

alicui alterius orbis. qui quidem calor viuificatiuus in istis inferioribus non fieret sine motu orbis solis. sicut iam in questione dicebatur.

**Quoniam** quidem igitur neque utraque moueri rationabile: neque astrum solum relinquere circulos quidem moueri: astra autem quiescere etc. **Textus** meti quadragessimisexti **Questio XX.**



**Et ceterum** propositorum erat. vtrum stelle moueantur per se: vel moueantur solum ad motum sui orbis. arguitur quod per se. quia corpori simplici debetur aliquis motus simplex per suam naturam. sicut dictum est primo huius. et per omnes debetur ei aliquis motus per se. quod enim inest

alicui per suam naturam inest ei per se. sed stelle seu astra sunt corpora simplicia. igitur etc. **Secundo** stelle apparent moueri de oriente ad occidentem. aut ergo sic mouentur naturaliter aut violenter. si naturaliter tunc per se. et si violenter hoc est falsum. quia in corporibus supraclestibus non est aliquid violentum. **Tertio** sol habet aliquem motum per se quod debetur ei ultra motum sui orbis. ergo similiter alie stelle. **Sequentia** tenet: nam videtur esse consimilis ratio utrobique. ante probatur primo. quia sol de mane cum oritur apparet moueri motu saltationis. **Secundo**. nam quando sol fortiter aspicitur apparet rotari et moueri circa centrum proprium. **Tertio**. nam quando radius solis transit per paruum foramen bene longe. tunc videtur scintillare. ac si sol iret retrocedendo. **Quarto** ad principale. nam quilibet stella que non est planeta cum aspicitur apparet scintillare et per se moueri. **Quinto**. nam secundum Aristotem. quilibet stella est spherica. modo motus spherici debet esse sphericus circa centrum proprium. sicut patet de motibus orbium celestium. **Sexto** luna habet spatiale motum circa suum centrum in epicyclo. ergo videtur quod similiter alie stelle debent moueri circa sua centra propria. **Sequentia** tenet. nam videtur esse similis ratio hic et ibi. ante probatur quia cum luna moueatur ad motum sui epicycli. et sit aliqui in superiori parte epicycli. aliqui in inferiori. oportet quod macula que apparet in luna aliquando appareret eversa nisi luna moueretur circa centrum proprium motu opposito. scilicet contra motum epicycli. vnde aliter non videtur bene posse saluari lunam habere epicyclum et maculam que apparet in luna semper simili modo nobis apparere nisi dicto modo poneretur luna moueri. per se circa suum centrum proprium.

**Oppositum** vult Ari. **In** ista questione primo ponende sunt aliquae distinctiones. Deinde conclusiones ad quesitum.

**Prima** distinctio. stellam moueri per se potest intelligi dupliciter. vno modo per se. quia per suam naturam licet cum orbe et ad motum orbis sicut pars ad motum totius vel contentum in aliquo ad motum sui continentis. alio modo potest intelligi quod stelle mouentur per se. id est solitarie. quia non ad motum orbis vel non solum ad motum orbis. sed aliquid motu qui inest eis ex parte eorum propria. **Secunda** distinctio. stellas moueri per se hoc est solitarie non ad motum orbis potest intelligi dupliciter. vno modo ab oriente ad occidentem. non tanquam delate ab orbe: sed diuidentes orbem sicut avis cum volat per aerem. vel piscis cum natat in aqua. alio modo per se. id est solitarie circa centra earum propria. qui motus potest vocari motus girationis vel volutationis.

**Tunc** sit prima de celo. nullum astrum mouetur per se hoc est solitarie in orbe ab oriente ad occidentem diuidendo orbem sicut avis volans per aerem diuidit aerem. et piscis natans per aquam diuidit aquam. probatur primo quia tunc celum esset diuisibile et scissibile. et per consequens corruptibile. cum diuisibilitas disponat ad corruptionem. sed omnes est falsum. etc. **Secunda**. si stelle sic mouentur per se tunc stelle circa polos habentes describere minores circulos citius proficerent suas circuitiones quam stelle circa equinoctiale que habent describere maiores. et sic stelle



le nō manerēt fixe eq̄lr ab inuicē distātes: cuius opposituz manifeste apparet: saltem de stellis que non sunt planete.

**Tertio.** si stelle sic mouerent per se diuidētes orbes i q̄bus eēt. tunc stelle idigerent organis ad talē motuz. vt pedibus vel alis vel huiusmodi. q̄ in eis non inueniunt. cuz sint sperice figure.

**Sz iuxta istā rōnem forte aliq̄s instaret.** z diceret q̄ hoc nō oportet. qz graue descendit de loco ad locum sine talib⁹ instrumentis seu organis.

**Respondet.** q̄ est dissile hic z ibi. qz graue descendit deorsum ex eo. qz per suā naturā determinat sibi illū locū si non sit alibi violente detentū. sz astz non magis determinat sibi locū i oriente q̄ in occidentē. modo q̄ est indifferens ad diuersa loca indiget talib⁹ organis.

**Sc̄da cōclusio.** nullum astrū p̄ter lunam mouetur p̄ se circa centrū suum p̄prium. p̄batur. p̄ro quo supponit q̄ quodlibet astrū p̄ter lunaz sit vniforme per totum. sic q̄ vna eius pars apta nata est causare oēm cōsimilē ifluentia in istis iferioribus qualē alia. Uterius supponit q̄ mot⁹ q̄ fiunt in superioribus corporib⁹ sicut in corporibus celestibus fiūt. p̄ter diuersas ifluentias causandas in ista iferiora.

**Tūc arguit sic.** si astra mouerent per se motu volutionis circa centra eoz p̄pria tunc motus fieret p̄ter diuersas ifluentias cādas in ista iferiora. patet per sc̄dam suppositionē. sed hoc nō. naz ex tali motu volutionis astri nō causaret diuersa ifluentia in ista iferiora. p̄ter hoc q̄ q̄libet astz excepta luna est vniforme per totū sicut dixit p̄ma suppositio. z iō si aliq̄d astrū vertit iā vnaz sui partē ad nos z postea aliā verteret ad nos. non p̄ter hoc causaret in nob̄ aliā z aliaz ifluentia: sed semper cōsimilē. p̄ter similitudinem nature suaz partiuz.

**Tertia cōclusio.** si luna hz epicyclū. tūc luna mouet per se circa centrū suū p̄prium extra motum quo mouet in circūferentia epicyclus. p̄batur. qz aliter nō posset saluari sicut p̄ri⁹ arguebat: qn̄ illa macula que apparet in luna aliquādo apparet euersa. sic. s. q̄ si modo apparet caput supra: z pedes ifra. postea apparet pedes supra: z caput ifra. modo p̄sequēs est falsum.

**Et si dicatur.** talis motus lune circa centrū p̄prium videtur esse frustra. cuz ex tali motu non pueniat aliqua diuersitas ifluentie in ista iferiora. cum luna cōsistat videatur ifluere fm̄ vnā ei⁹ partē in ista iferiora sicut fm̄ aliā. cum luna videatur eē vni formis nature per totū.

**Respondet q̄ imo talis motus lune nō est frustra.** nā est concedendū q̄ luna sit vni formis nature per totū sicut alia astra. vñ est valde diuersa in raritate z densitate in suis partibus. sicut postea videbit. z iō nō cōsimilr ifluit sc̄dm vnā partē sicut sc̄dm aliam. z p̄ter hoc talis motus lune circa centrū p̄prium non est frustra. imo vtilis p̄ter diuersam ifluentiam causandā in ista iferiora.

**Quarta cōclusio.** omnia astra mouent per se z sz eozum naturā ad motū orbium in q̄bus sunt. nam astra apparent moueri de oriente ad occidentē. sz hoc nō est diuidēdo orbes. sicut dixit p̄ma cōclusio. ergo oq̄ hoc fit ad motum orbium. sed talis motus iest astris p̄ se. z fm̄ eozum naturā. ex eo q̄ astra sunt partes orbium. dicit enī commentator q̄ stella est dēpsior pars sui orbis. modo motus naturalis toti etiā est naturalis parti. ergo zc̄.

**Ad rationes.** Ad p̄mā dico sicut iā dicebat. q̄ stella est quedā pars orbis cui est infixā ideo nō oportet q̄ habeat motuz simplicē aliū a motu cui⁹ est pars. z adhuc si stella esset vnū corpus totale diuisus ab orbe sufficeret q̄ moueret delata a p̄prio cōtinente. z tunc licet nō haberet per se aliquem motū passiuē. haberet tamē per se aliquem motū actiuē. sc̄dm quez alteraret ista inferiora. quia adhuc stella alr iflueret in ista inferiora q̄ orbis.

**Ad secundaz.** illa bene p̄bat quartam cōclusionem. s. q̄ stellis debentur aliq̄ motus per se. idest secundum earum naturaz. sed non probat q̄ debeant eis aliq̄ motus per se. i. solitarie. qui non insint eis rōne orbium.

**Ad tertiam.** nego

antecedēs. **Ad p̄batiōes.** Ad primam de saltatione solis. dico q̄ hoc fit p̄pter motū vaporū medioz qui refrangunt radios.

**Ad sc̄daz.** dico q̄ hoc q̄ sol appareat rotari z moueri circa centrū p̄prium cum aspicitur. est p̄pter debilitatē oculi. ita q̄ ob fortē lucē solis visam ab oculo cū labore spiritus missi ad oculuz pro cōfortando virtutez visuā mouent z vertunt circa axē visus. z p̄pter talez motum ip̄ceptum a potētia visua apparet talis mot⁹ in sole.

**Ad tertiaz.** de radio scintillate. dico q̄ hoc est p̄pter vapores positos in medio. vel p̄pter diuersitatē dempsitatis iter ignem z aerem. vbi fit quasi qdā motus inundatiōis: p̄pter quē motum radius solaris apparet dicto mō scintillare. z titubare. recte sit tūc tremat vmbra in fūdo aq̄: cui⁹ superficies fluctuat z mouetur. hinc ide.

**Ad quartū p̄ncipale de scintillatiōe stellaz que nō sunt planete.** dico q̄ hoc est aut p̄pter medium. aut p̄pter debilitatem visus. aut p̄pter earū magnam distantia a visu aut p̄pter ista simul.

**Ad q̄ntam dico.** q̄ nō oportet omne corpus spericū h̄re motū p̄prium circa centrū suum. sz sufficit multis corporib⁹ sp̄icis moueri circulariter ad motū corporū q̄bus sunt ifixa. z sic ē de stellis q̄ mouent circulariter ad motū orbium q̄bus d̄ferunt. z hoc sufficit eis absq̄ hoc q̄ vltra hoc habeāt speciales mot⁹ circa cētra p̄pria.

**Ad sextā.** illa vadit p̄ tertia cōlone. z est dissile q̄tū ad B de luna z alijs astris. qz luna nō est sp̄ilis nāe q̄tū ad oēs suas partes sic alia astra. z ideo nō mirum si luna mouet circa centrū p̄prium p̄ter diuersas ifluentias causandas in ista iferiora. z alia astra nō. Et sic est finis questionis.

**De vocatis autem astris p̄sequens vtiqz erit dicere ex quibus constāt. z c̄.** Textu commentī quadragesimiprimi.

Questio XXI.



**Nunc** q̄tū ad sc̄dm tractatū huius sc̄di libri de celo z mūdo restat p̄ncipalr tractare illa que p̄cernunt partes celi minores sicut sunt astra. postq̄ tractatū est de differētis positionis in celo. z de figura celi. z de illis q̄ p̄cernūt partes celi maiores. sicut sunt orbes. z cū hoc que p̄cernūt partes celi minores. sicut sunt astra. q̄tū ad eoz motū.

**Quantum** ergo ad istū sc̄dū tractatū volo q̄rere aliqua. p̄mo vtz oia astra sint adiucē eiusdē speciei specialissime. Sc̄do vtz oia astra alia a sole habeāt lumē suū a se vel a sole. Tertio vtz astra p̄ suū lumē sint generatiua caloris in istis iferiorib⁹. Quarto vtz macula apparet in luna perueniat ex diuersitate partū lune vel ab aliquo extrinseco.

**Quantum** Ad primū. s. vtz oia astra sint eiusdē sp̄ei sp̄alissime. Arguit p̄mo q̄ sic. oēs orbes celestes sunt eiusdē sp̄ei sp̄alissime. q̄ oia astra. nā p̄batur. qz astrū est eiusdē sp̄ei cū orbe in quo est. z iō si oēs orbes sunt eiusdē sp̄ei. vtiqz oia astra erunt eiusdē sp̄ei. assumptū p̄bat. s. q̄ stella est eiusdē sp̄ei cū orbe in quo ē. p̄mo. naz dicit aristo. in isto sc̄do. z comentator silr q̄ stella est dēpsior pars sui orbis. mō raz z dēpsuz nō diuersificāt sp̄em.

**Et cōfirmatur.** qz astra z orbes eodē motu mouent nāliter. qd̄ nō esset si eēt diuersaz sp̄ez. an̄s p̄bat. qz orbes distincti magis sunt siles q̄ orbis z stella cū suo orbe: sed orbis z stella ip̄i sunt eiusdē sp̄ei sicut iā p̄batū est. q̄ orbis cū orbe est eiusdē sp̄ei: z nō magis duo orbes distincti sunt eiusdē sp̄ei q̄ oēs sil.

**Et cōfirmat hoc sc̄do.** oīuz orbium celestium est locus idē in numero. vt p̄bat in isto sc̄do a cōmētatore i p̄bado ecētricos sz illa simplicia q̄z est idē loc⁹ in numero sūt eiusdē sp̄ei sp̄alissime sic dictū est p̄ hui⁹.

**Et cōfirmat B tertio.** mot⁹ simplices ip̄oz orbium sunt eiusdē sp̄ei specialissime. q̄ z ip̄i erūt eiusdē speciei sp̄alissime. consequentia tenet ex his que dicta sunt p̄mo hui⁹. an̄s p̄z ex eo q̄ oīs mot⁹ circularis omni

motui circulari videtur esse eiusdem speciei spaliissime. motus autem naturales ipsorum orbium celestium sunt motus circulares. **S**cdo ad principale. ois ignis saltim purus est eiusdem spei cum alio igne. et ois aer cum alio aere est eiusdem spei. et ita sicut est in alijs corporibus elementaribus simplicibus. ergo a simili argumeto videtur sic esse in corpore simplici celesti. scilicet in celo. quod ois portio celi cuiuslibet alia est eiusdem spei. et magis adhuc hoc videtur de celo quam de alijs: cum celus sit simplicius elementis. sed si quislibet portio celi cuius alia est eiusdem spei. et stelle sunt quedam portiones celi sicut deductus est videtur quod quislibet cum alia sit eiusdem spei. **T**ertio. si stelle distinguerentur contra se invicem spei. tunc multo plura essent in mundo corpora simplicia quam quodammodo distincta sunt in se. sed hoc est falsum. quia tenet. ex eo quod valde multe sunt stelle in celo. falsitas patet per se. ex his que dicta sunt primo huius. nam probatum est ibi quod non sunt nisi quodammodo corpora simplicia distincta secundum speciem. scilicet quatuor elementa: et quatuor essentia. scilicet celum. **Q**uarto. si stelle differrent ab invicem spei. vel essent orbis. non oporteret ipsos moveri diversis motibus ad influendum et candendum diversas influentias in ista inferiora. cuius tamen oppositum apparet esse verum. quia probatur. nam ad candendum hoc diversam influentiam videretur sufficere diversitas specifica ipsorum non obstante quod ois eisdem moverentur motibus. **Q**uinto nos videmus in animalibus et in plantis quod illa que determinant sibi similes figuras sunt eiusdem spei. et e converso. et que dissimiles sunt dissimilis spei. et e converso. modo omnes stelle sunt similes figure: quod omnes sunt sperice. id est videtur quod omnes sunt eiusdem spei. **S**exto. nam commentator ponit super isto libro quod totum celum est sicut unum animal. et speres celestes et stelle sunt sicut membra. eius ideo totum celi primus motor est quasi anima. ergo totum celum sicut ab illo primo motore movetur modo quo animal movetur a sua anima. modo unum animal et membra eius sunt eiusdem spei specialissime in genere subiecti. quod sunt informata una forma subali. scilicet anima sensitiva. ergo sicut sic videtur esse dicendum de toto celo. et si sicut tunc tamen orbis quam stelle videntur esse eiusdem spei spaliissime. **S**eptimo. totale celum est una essentia simplex. ergo non videtur esse compositum ex entibus diversarum specierum. et cuius sit compositum ex multis orbibus et multis stellis. sequitur hoc non distingui ab invicem specie. animus probatur ex eo quod movetur a motore simplici. quod non produceret nisi motum simplicem: quod motus simplex non esset naturaliter nisi corpori simplici.

**O**ppositum arguitur. quod cum sunt eiusdem spei spaliissime debent habere similes proprietates naturales. sed sic non est de stellis. patet hoc. quod quedam stelle influunt in ista inferiora caliditatem. quedam frigiditatem. quedam humiditatem. quedam siccitatem. quedam inimicitias. quedam amicitias. et sic de alijs diversis proprietatibus. que in isto mundo inferiori inveniuntur. et perveniunt a diversis proprietatibus et virtutibus stellarum. tales autem diversitates virtutum et operationum specificarum videntur arguere diversitatem specificam stellarum. **S**cdo. natura non fecit sub una spei plura individua nisi propter corruptionem individuum. ut salvaretur spes. id est cuius omnes stelle sint perpetue: si omnes essent eiusdem speciei frustra essent plures cum spes illa posset salvari et perpetuari in una illarum. **T**ertio. illa non sunt eiusdem spei quorum unum habet ex se lucem. alia autem non: sed ab alio. sed sic est de stellis. quod sol habet lucem ex se. alia autem astra capiunt lumem suum a sole. quod maxime patet de luna que deficit a lumine. cum iter ipsius et solem ponitur terra impediens illustrationem lune a sole. **I**n ista questione permittenda est una distinctio. **S**cdo videndum est utrum omnes orbis celestes inter se sint eiusdem spei. **T**ertio an omnes stelle inter se sint eiusdem spei. siue sint in diversis orbibus siue in eodem orbe. **Q**uarto. utrum orbis sint alterius spei ab astris que sunt in ipsis.

**Q**uantum ad primum sit distinctio ista. quod aliqua dicuntur eadem spei dupliciter. Uno modo. quod sunt termini significativi sub eodem termino specifico et tunc in recta linea predicamentali. sicut sunt isti termini sortes. et plato. contenti

sub isto termino homo. Et per oppositum diversa specie dicuntur termini significativi et tunc sub diversis terminis specificis in linea predicamentali. isto modo isti termini sortes. et brunellus dicuntur differre ab invicem spei. **A**lio modo aliqua dicuntur esse eiusdem spei. quod sunt res significate per eundem terminum specificum. et hoc de predicamento subiecti. et sic diversa spei dicuntur res significate. vel etiam significabiles per terminos differetes spei etiam exites in predicamento subiecti. **I**sto modo tu et ego dicuntur eiusdem spei. scilicet tu et brunellus diversarum specierum. **M**odo sciendum est quod in proposito non intenditur de eisdem spei vel diversis primo sed scdo modo. in quo notatur appositum ly de predicamento subiecti. **N**am sciendum est quod res sunt significabiles per diversos terminos spei. de predicamento subiecti vel de predicamento accidentis. modo ad hoc quod aliqua res sint ab invicem diversarum specierum non sufficit ipse esse significabiles per spes diversas diversorum predicamentorum accidentium. nam sic eadem res posset esse diversarum specierum. imo etiam diversorum generum. nam eadem res puta homo. sicut sortes. verbi gratia. est significabilis per spes diversorum predicamentorum. si ipse sit magnus. si ipse sit albus. si ipse sit filius. si ipse sit sedens. si ipse sit currens. et sic de alijs. isti enim termini sunt spes diversorum predicamentorum non obstante quod possunt supponere per una eadem rem. **S**icut ad hoc quod aliqua res dicantur eiusdem spei non sufficit ipse esse significabiles per eundem terminum specificum de predicamento accidentis. **N**am sic homo. equus. lapis. essent eiusdem spei spaliissime. si tamen homo. quam equus. quam lapis. essent albus. quod iste terminus albus est una spes spaliissima de predicamento qualitatis. modo animus est falsum. ita quod finaliter in proposito intenditur de eisdem spei vel diversis quantum ad spes de predicamento subiecti. scilicet quod illa dicuntur esse eadem spei que significabilia sunt per eandem spes de predicamento subiecti. et illa diversa spei que significabilia sunt per diversas spes seu terminos específicos de predicamento substantie.

